INSCRIPTIONES PALAEO-PERSICAE

ACHAEMENIDARUM

QUOT HUCUSQUE REPERTAE SUNT

ad

APOGRAPHA VIATORUM

CRITICASQUE CHR. LASSENII, TH. BENFEYI, J. OPPERTII NEC NON FR. SPIEGELII EDITIONES

ARCHETYPORUM TYPIS

PRIMUS EDIDIT ET EXPLICAVIT

commentarios criticos adjecit glossariumque comparativum Palaeo-Persicum subjunxit

Dr. CAJETANUS KOSSOWICZ,

SANSCRITARUM LITERARUM IN CAESAREA LITERARIA UNIVERSITATE PETROPOLITANA PROF. P. ORD. CHARKOWIENSIS UNIVERSITATIS ET SOCIETATUM ARCHAEOLOGICAE PHILOLOGICAE PETROPOLITANARUM, ASIATICAE PARISIENSIS ET GERMANICAE ORIENTALIS SODALIS, STATUS A CONSILIO ACTUALI ORDINUMQUE S. STANISLAI I-MAE, S. WLADIMIRI 3-AE NEC NON PERSICI LEONIS ET SOLIS I-MAE CLASSIS EQUES.

PETROPOLI

EXCUSUM IN TYPOGRAPHEO WLADIMIRI GOLOWIN

(VIA WLADIMIRSKAJA, № 15).

CAESAREAE UNIVERSITATIS IMPENSA.

MDCCCLXXII.

ADMONITIO.

Tabula geographica archæologica, ichnographiae topographicae ceteraque, quae Typographus in Relatu suo proprio Marte efficienda promiserat atque in subsequenti Titulo nec non in variis operi nostro adjunctis Indicibus notaverat quaeque delineata vidi, quum hucusque non excuderentur tresque jam fere anni ex quo id excudi coeperit essent elapsi, absque his additamentis, ne longius protraheretur, publico usui et judicio emittendum censui; neque aliquid damnum libro afferri puto, quum ipse philologicum opus concinnandum voluerim utque tale, quod ad laborem meum huic insumptum, pro virili absolutum minimeque mancum lectoribus meis offero.

C. K.

Situum atque antiquitatum imagines selegit et disposuit, ornamentis, antiquorum monumentorum reliquias exhibentibus, instruxit, tabulas geographicas, ichnographias variosque earum explicationi indices adjecit libroque typis exprimendo affuit

WLADIMIRUS GOLOWIN,

Caesareae literariae Universitatis Petropolitanae historico-philologicae Facultatis Candidatus, Collegii a Consiliis, ordinumque S. Annae et S. Stanislai secundae classis eques.

IMAGINES,

ornamenta, tabulas geographicas atque ichnographias delineavit

A. ADAMOW,

Caesareae artium Academiae artifex classicus,

hasque ligno inciderunt:

T. GERASIMOW, I. MATIUSZIN, F. SZYMBORSKI, C. WEYERMAN

ALIIQUE PETROPOLITANI XYLOGRAPHI.

Typos, in J. LEHMANII maximam partem officinam excisos atque fusos, posuit


W. DRESSEN,

EX ALUMNIS GOLOWINIANI TYPOGRAPHEI TYPOTHETA.

Печатать дозволяется по определенію Факультета Восточныхъ языковъ Императорскаго С.-Петербургскаго Университета. Сентября 2-го дня 1871 г.

Исправляющій должность Декана Факультета Восточныхъ языковъ Д. Чубиновъ.

PRAEFATIO.



Fauces montium Pir-à-Zan (Pirizen), ad f. Flandinii.
FARS.



PRAEFATIO.



Quum antiqua Persarum dialectus, quam nobis, cum Achæmenidarum palatiorum et monumentorum reliquiis, in potentissimorum quondam regum monumentariis characteribus exaratis inscriptionibus benigna utique fata servatam voluissent, jam non solum, nostra aetate, archæologorum et palæographorum facta sit ditionis, sed etiâm in philologica, quam *comparativam* dicunt, scientia inter Airyanam et Sanscritam linguam debitum sibi locum occupaverit, necessitati omnium harum inscriptionum ad philologicas explicandarum leges unoque comprehensarum volumine editionis ador-

nandae primus accuratissime, ut solet, subvenit Spiegelius. Sed quamvis nunc etiam, decem jam, ex quo Spiegeliana editio lucem vidit, annis praeterlapsis, vel ipse vir clarissimus nisi pauca, quum rerum, tum grammaticarum legum explicationi, additurus esset, desiderari nihilominus videbatur talis inscriptionum nostrarum editio, in qua omnes typis genuinis perpetuo essent expressae; quum enim aliquarum in his vocum enunciatio non potest quin adhuc dubia atque ambigua permaneat, archetyporum fidelis imago, ipsa per se ambiguitate vacua, certe amplissimum viris doctis datura esset locum semper aliquid, in recte Palæo-Persicis vocibus enunciandis, vel asciscendi, vel stabiliendi. Hac rerum philologicarum necessitate motus ad clarissimas inscriptiones genuinis typis edendas, vereor ne nimium audacter, post tot maximas easque optimas in his elucidandis a tot illustribus viris positas curas, accessi; quumque solis archetypis, quamvis ad accuratissima exemplaria in uno corpore vulgatis, parum Iranicarum literarum studiosorum juvenum utilitati conducere viderer, tum archetypa, tum omnia, quae ad haec vel recte legenda, vel intelligenda necessaria viderentur, simul conjungere atque sic publici juris facere statui, elegentissimoque apud nos Golowiniano typographeo operis hujusmodi provinciam excudendi demandando, etiam aliquot situs atque rerum, quae inscriptiones portant, ut Naqsirustamensis et Behistanensis montium, nec non Alvandensis saxi, ad Flandinii fidem, imaginibus hoc ornare animo concepi. Dum haec pararentur, eruditus typographus, postquam sic Ker Porteri,

Flandinii, Texieri, ceterorum viatorum notitiam ceperit, mihi quasi somnianti, si unicuique inscriptioni locus, ubi est incisa, depictus adjungeretur, non solum facillime haec ab eo perficienda, sed etiam uniuscujusque generalis talium locorum situs nec non regionum, ubi inscriptiones inveniuntur, ichnographias, cum harum topographicis atque archælogica geographica antiqui Persici imperii tabula, concinnandas accuratissime, secundum uberrimos, quos ad manus habuit, fontes animo paratissimo, operi nostro debiter exornando, promisit atque ad effectum perduxit; neque his, Palæo-Persicarum antiquitatum amore incensus, supersedit, sed alia etiam ornamenta, quibus lector bellissime ubique librum nostrum instructum atque decoratum videt, omnia e Persicis antiquitatibus desumpta, maxima animi contentione nullisque impedimentis cedendo, efficienda operique nostro adjicienda curavit. Sed de Golowino ipsius verbis postea; nunc vero ad meam huic libro insumptam operam redeundo, satis notare fuerit imagines huic inclusos non solum archæologorum vel maxime interesse, sed quod sensus etiam inscriptionum, absentibus illis, ut Behistanensis I, 14, ubi de ignicolis sacellis, et Naqši-rustamensis a), 4, ubi de throno, qui a populis, Darii imperio subjectis, sustinetur agitur, interdum prorsus obscurus, mea quidem sententia, mansisset.

Palæo-Persica itaque *archetypa*, graphicis et philologicis illustrationibus instructa, quum editurus essem, classicum Spiegelii opus, ut exemplum ad imitandum propositum, imprimis continenter ante oculos habere debui, quum omnibus fere numeris et partibus suis quasi

perfectum et absolutum sit, nec nisi una Suezensi Darii H. inscriptione, quae post librum a se editum a Julio Opperto publici juris est facta, careat. Eodem Spiegelio duce (vide in opere infra citato pp. 119—132) officii mei putavi viatorum apographa, a Niebuhro incipiendo, denuo evolvere atque inter se comparare; qui labor, quum jam a Rawlinsonio et Spiegelio perfectus fuerit, maximam certe suavitatem, parum vero novi afferre mihi potuit, neque ullis conjecturis in corruptioribus locis restituendis, nisi semel Behist. I, 19 Kernianae indulsi; sic locos etiam, qui specie evanidi, re autem certi, ab iisdemque doctissimis viris optime tutati visi mihi sunt, singillatim notare supervacaneum duxi, quum cui talia curae sunt aditus ad apographorum editiones primarias patet semperque patebit. In Inscriptione NRe) vocem 𐎺𐎫𐎼𐎲𐎼 (vatrabara) post 𐎭𐎠𐏁𐎹𐎶𐎠 (dâsyamâ, interpretante olim Oppertio: custos), ut me bene Spiegelius admonuit, nescio quo lapsu, omisi. Secundum Norrisium est «chamberlain» or «keeper of the clothes» (The Journ. of the Roy. As. Soc. XV, 432); secundum Oppertium: pharetraphorus (Expéd. scient. II, p. 93). Uterque doctissimus vir in hoc minime fallitur significationem in voce τοῦ bara esse activam, quum passiva longum *a*, ut in aśa-bâra, exhiberet (conf. oppos. ex. gr. in taka-bara). In NRd) pro 𐎿𐎼𐏁𐎫𐎡𐎲𐎼 (saraśtibara), ut Taskerus descripsit, Oppertius legit 𐎠𐎼𐏁𐎫𐎡𐎲𐎼 (arśtibara), Assyricae vocum «nasū iś aśmarū» versioni innixus, quae, eo interpretante, significant ferens hastam («portant la lance», ibid. pp. 192—193). Totum notorum mihi

viatorum operum recensum infra, quum de archæologica operis parte agetur, in Golowini relatu benignus lector inveniet.

Omnes inscriptiones ad reges Achæmenidas pertinent, breviuscula Arsacis excepta. Quisnam hic Arsaces fuerit, mihi plane ignotum est: ceterum, Auramasdae in sigillo ejus insignia (operis nostri archet. p. 136) Sassanidam esse demonstrant, inscriptiunculaque sic unicum, quantum scio, e Sassanidarum tempore cuneatarum literarum exemplum exhibet. Quum autem non solum Palæo-Persicas inscriptiones, sed etiam harum vestigia edenda voluerim, haec in saxo sic dicto *nigro* incisa, a Teitho (p. 123), et in alio a Bode (p. 125) descripta, excudenda curavimus. Quod ad duas quasi Palæo-Persicas inscriptiones attinet, quarum una Zeitschr. der Deutsch. Morgenl. Gesellsch. VI, 379, altera ibidem XIV, 555 publici juris est facta, utramque consilio omisi, quum illa nisi recentioris viatoris lusum, hæc, ut recte monuit Holtzmannus, jam editarum inscriptionum fragmenta exhibet.

Latina *interpretatio* strictissime etymologico vocum sensui atque grammaticis legibus innititur. Si quid innovavi, in annotationibus semper ratio est apposita, quae etiam omnem criticam operis partem continent. Si Darii H. nobilis facies, quae in ejus inscriptionibus in æternum viva et quasi spirans remansit, etiam meis lucubrationibus vel aliquantulum clarior atque serenior est facta, oleum, quod in hoc opere adornando consumpsi, minime perditum a me putabo.

Quoniam historiam Palæo-Persicarum inscriptionum

detectionis et explicationis a tot doctissimis viris jam enarratam (vide imprimis H. Rawlinsonium in «The Roy As. Soc.», vol. x., pp. 1—18, et Spiegelium in Die altpers. Keilinschr. pp. 119—132) ideoque notissimam putem, aliena hic etiam repetere plane supervacaneum censui. Quum autem primus Lassenus fuit, qui, post Grotefendum, in tenebris latentibus inscriptionibus nostris philologicum lumen admovit, Rawlinsoniusque, qui, magna Behistanensi inscriptione a se detecta atque explicata, etiam Palaeo-Persicae grammaticae posuit fundamanta, horum quique hos, idque in *omnibus* inscriptionibus nostris explicandis cura adhibita, sunt secuti, premere vestigia contentus sum, singularium locorum, atque adeo inscriptionum, a clarissimis viris, ut a Bollenseno, Holtzmanno elatis explicationibus prætermissis; quae enim rectae sunt necessario in universarum inscriptionum interpretum atque enarratorum opera transierunt, Kernio, ceterum, atque Oppertio, qui doctissimorum virorum, inscriptiones nostras explicantium, seriem, temporis conditione, concludunt, exceptis. At Kernii quidem præcipuas explicationes in commentariis nostris benevolus lector inveniet; commentatio vero Oppertii, in doctissimi Hovelaquii ephemeridarum novissimo fasciculo (Revue de linguistique, t. IV, 3 fasc.) nuper sub titulo *Mélanges Perses* edita, postquam toto hoc libro typis jam plane absoluto ad manus meas pervenisset, nil mihi aliud fuit nisi, vel hic, de ea, quamvis breviter et succincte, lectorum commodo aliquot verba proferre.

Et quidem litera *l*, etiam post uberrima ex Neo-

persica ceterisque huic cognatis dialectis a doctissimo viro prolata exempla, antiquos Persas nunc ut antea cum Spiegelio caruisse puto, minimeque hujus rei argumentum, quod operis nostri in *Literarum Palæo-Persicarum Enunciationis* sectione p. 10 (Annot.) exhibui, hisce exemplis infirmatum puto.

Certe gravioris, mea quidem sententia, sunt momenti quae ad illustrandas aliquot Naqširustamensis inscriptionis a) voces et sententias in hac sua commentatione doctissimus vir affert quaeque carptim, auctorem sequendo, hic percensere liceat.

1. In explicatione vocis šiyâti vir clarissimus ad opinionem Spiegelii inclinatur, hanc vocibus «satisfaction morale, bonheur» vertendo (Spiegelius: Wohlbefinden, Annehmlichkeit). Explicatio duabus Assyricis, quibus Palæo-Persica vox redditur, nempe nuhsu «l'abondance» (Alvand), et, alias «dumuq, la joie, la satisfaction» (a r. damaq, se réjouir) confirmari videtur. Notatu dignum est inscriptionem H. Persepolitanam, quae, ut notum, Palæo-Persico archetypo caret, usitatissimam phrasin hya šiyâtim adâ martiyahyâ, Assyrice, ad auctoritatem Oppertii, reddere sequentibus: *qui a donné le dumuq pour tous les êtres vivants*, quae antiqua vocis šiyâti explicatio optime, puto, cum hac, quam in Glossario et in Addendis (p. 7) dedimus quadrat, neque ab hoc etiam *praestantiae* sensus (*intelligentia* enim homo praestat ceteris animantibus), quem in Interpretatione ubique expressi, prorsus alienus esse videtur.

2. Vocem patiakšaiy s. patiyakšiy (3) clariss. vir, ut nos etiam, ad r. kši refert idque Assyrica, huic in inscriptionis versione coaeva, voce שלט bene mihi confirmare videtur. Legantur tamen sagacissimi Spiegelii de hac voce ex recentissime scriptis ad me literis verba: «...auch meine Ableitung von patiyakhsaiy (a r. akhs) halte ich fest. Die Differenz

zwischen Oppert und mir ist übrigens nur sichtbar. Aus der Bedeutung «übersehen, überwarten, in Acht nehmen» leitet sich ganz naturgemäss die Bedeutung «regieren» ab, wie altb. aiwyâkhstâ beweist. Die Ableitung von khshi halte ich auch für zulässig» (Conf. Die altp. Keilinschr. pp. 103—104).

3. Sub hoc §-pho Sacarum duo epitheta haumavargâ et tigrakhaudâ (3) explicantur. Et profecto lectio haumavargâ tum Graeco 'Αμύργιοι, tum Assyrico Amurga', in quarum lectionum utraque litera *g* (quum super saxo nisi 𐏃𐎢𐎶𐎺 superest) sonat, confirmatur, vocemque sic in Archetypis 𐏃𐎢𐎶𐎺𐎼𐎥𐎠 pro 𐏃𐎢𐎶𐎺𐎼𐎣𐎠 (p. 77), in transcriptione haumavargâ pro haumavarkâ, in Glossario itidem 𐏃𐎢𐎶𐎺𐎼𐎥 (haumavarga) pro 𐏃𐎢𐎶𐎺𐎼𐎣 (Humavarka) (p. 51), ubi etiam in 1-ma annotationis l. vox *etymologicam* delenda est, nunc corrigendam velim.

De *Amyrgiis* doctissimus vir sequentibus disserit:

«Le mot Haumavarga... se compose de deux mots Hauma et varga. Le dernier est le persan moderne barg, feuille. Le Hauma, à son tour, est sûrement le zend haoma, le persan hûm, le fameux arbre hôm. Le mot Haumavargâ veut donc dire «les Saces qui se servent des feuilles du Hom». Nous laissons à d'autres le soin de déterminer ce qu'est ce hôm, s'il ressemble à un tamarisque; par hasard, y aurait-il ici une première mention du thé? En tous cas, les Saces en question ne seraient pas des Chinois; mais les Perses ont connu la Chine. Encore aujourd'hui, on y nomme la porcelaine fagfûr, Chine, et fagfûr est aussi le titre de l'empereur chinois, fils de Dieu. On sait que ce mot dérive de bagpûr, et ceci nous conduit au perse bagaputhra, fils de Dieu. Or, le perse seul parmi les langues éraniennes employait le mot baga pour Dieu, et le terme qui aujourd'hui désigne la porcelaine, ne peut provenir que d'une forme de la Perse antique. Dès lors, il n'y aurait rien d'extraordinaire

que l'arbre fabuleux haoma, qui n'est identique avec le sanscrit sôma, que pour la forme philologique, tirât son origine de la plante de l'extrême orient».

Quod ad alterum Sacarum epitethum, doctissimus Oppertius legit Tigrakhaudâ vertitque, ad Assyricam interpretationem: *Sacae pileis acuminatis induti*, les Saces aux bonnets pointus», quae versio, itidem in Glossario nostro expressa (vide s. v.), bene a doctissimo viro etiam sequentibus Herodoti citatis verbis confirmatur (VII, 64): Σάκαι δὲ οἱ Σκύθαι περὶ μὲν τῇσι, κεφαλῇσι κυρβασίας ἐπ' ὀξὺ ἀπηγμένας ὀρθὰς εἶχον πεπηγυίας. «On remarquera, ajit vir doctissimus, que le mot dont se sert le traducteur de l'inscription (Assyricus scil.), karbasat, est juste le mot même d'Hérodote; karbalti est une déformation assyrienne au lieu de karbasti».

Quod ad Putiyâ, Kusiyâ et Karkâ in his biblicos Kush et Put, atque Carthaginem, pergit vir clariss. agnoscere, negatque Kuśiyâ Cossaeos esse, hos partem Cissiae s. Susianae olim effecisse affirmando; in qua re fugisse doctissimum virum videtur Cossaeos a Graecis scriptoribus nusquam, quantum scio, expressim cum Susianis, quamvis his vicini essent, ἐθνικῶς confusos fuisse. Conf. ex. gr. apud Diod. Sic (19, 19): Κοσσαῖα ἔθνη. Fuit gens montana in septemtrionibus Cissiae s. Susianae (Strabo, 16, 742). De *Carcis* vide p. 78 annotationem 6 (in Interpr.); de *Putiis* in Addendis, pp. 8—9.

4. Mancam sententiam: Auramasdâ yatâ avaina imâm bumim yû... paśâva (4) cet., clariss. vir, unam lineam a se supplendo, legit: yathâ avaina imâm bumim yao[dam, haruvataçca aniyataraisâm]. Paçâva cet., vertitque: quum viderit istam terram, bellum (vidit) omninoque alterorum discordiam, quam interpretationem e versionibus Scythica (s. ad ejus sententiam, Medica) et Assyrica eruit, quae, apud virum clariss., sonant:

Versio Medica: pirra varpipamar halru sini..., bellum omnino alterorum... Assyrica: Ahuramazdâ ki imuru

mâti anniti nikrava ana gabbi (il y a dû avoir gabbi au lieu de libbi), ahaê summuhu arki anaku iddanassiniti; Oromazes quum aspexerit terras istas rebellio erat et omnium in alteros inimicitia, tunc mihi dedit eas.

Quod ad sensum, quem vir clariss. nunc voci [cuneiform]... tribuit, hic itidem non adeo isti, quem in annot. 7 Interpret. (pp. 78—79) expressi, contrarius esse videtur.

5. Ibidem [cuneiform] vir clariss. ciyakaram vel ciyankaram legit recteque, mea quidem sententia, Kernii correctionem cithrakaram refellit.

6. Adataiy aṣdâ bavâtiy Pârśahyâ martiyahyâ duray arśtis paragmatâ; adataiy aṣdâ bavâtiy, Pârśa martiya duray hacâ Pârśâ hamaram patiyaǵatâ (ibid.), alors il te sera manifeste, que la lance du Perse alla loin! alors il te sera manifeste, que le Perse fit la guerre loin de son pays. Plane similiter et nos vocem aṣdâ reddidimus (NRa, Interpret. p. 80, Behist. I, 10, pp. 10—11). In Behist inscriptione ante vocem aṣdâ elapsum esse [cuneiform] cum Rawl. et Kernio esse censet, cui tamen voci in saxo, ut jam Bollensenus notavit, nullus locus fuisse animadvertitur. Cum voce aṣdâ Neop. زده confert.

Commentatio concluditur ultimarum Naqširustamensis inscriptionis linearum explicatione, quam pariter e versionibus huic coaevis clariss. vir eruisse putat. Hanc ejus recentissimam antiquarum versionum interpretationem ipsius Palæo-Persici archetypi versioni hic praemittere placet:

Versio Assyrica:

Nisu sa Ahuramazdâ yuta'ïma ina elika la immarrus uruh sa (isarti la) tumassera lapanisu ana yana hablu tasuru, Homo, quod Oromazes imperavit, tibi non malum videatur. Via quae justitiae, ne cedas ab ea, ad nullum scelus eas.

Medica:

Ruhirra appa Hauramasdana tanym huppa äny

vasnyka ummanti var appa varturrakkà äay vastainti äny anturdainti. Homo, quae Oromazis doctrina, eam ne malam putes, viam quam rectam ne delinquas, ne pecces.

His versionibus perpensis, Palæo-Persici archetypi sententias vir clariss. disponit vertitque sequentibus:

Martiyâ, hyâ Auramaṣdâha framânâ hauvtaiy gaśtâ, mâ ťadaya; paťim tyam râśtâm mâ avarada, mâ śtrava, Homo, quae Oromazis doctrina ea tibi revelata, ne spernas (eam); viam rectam ne delinquas; ne pecces.

In his valorem lectionis śtrava e duabus literis Beh. IV, 𐎫𐎼, quas cum Spiegelio tar legimus, quum aliter 𐏁 scriptum ibi, ni fallor, esset, deducit, mancam Behistanensem vocem śtravaka legendo, quam Gallice «scélérat» reddit, huic proxime praecedentis vocis drauǵana ratione habita.

En operum universarum Palæo-Persicarum interpretum recensus.

I. Die Altpersischen Keilinschriften nach Hrn. N. L. Westergaard's Mittheilungen. Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes, herausgegeben von Dr. Christian Lassen. VI Band. Leipzig, 1845, pp. 1—188.

II. The Journal of the Royal Asiatic Society of Great Britain and Ireland. Volume the *tenth*, Lond. 1847.

Totum volumen paginis LXXI, 349 constans unice Behistanensis ceterarumque Palæo-Persicarum inscriptionum recensioni atque explicationi auctore H. C. Rawlinsonio est devotus. Præcedunt archetyporum tabulae cum Behistanensis caelaturae imaginibus, ab itineris Rawlinsonii socio Jonesio delineatis. His adde:

III. Ejusdem: Vocabulary of the ancient Persian Language containing all the words which occur in the

Persian Cuneiform Inscriptions, accompanied with a few brief Etymological Explanations,—in XI-mi earundem ephemeridarum voluminis parte *priori*, London, 1849.

IV. Die persischen Keilinschriften mit Uebersetzung und Glossar von Theodor Benfey. Leipzig, 1847.

V. Mémoire sur les inscriptions des Achéménides, conçues dans l'idiome des anciens Persans, par M. Oppert. (Journal Asiatique ou recueil de mémoires d'extraits et de notices relatifs à l'histoire, à la philosophie, aux langues et à la littérature des peuples orientaux. Paris. t. XVII, MDCCCLI, t. XVIII, MDCCCLI et XIX, MDCCCLII).

VI. Mémoire sur les rapports de l'Égypte et de l'Assyrie dans l'antiquité éclaircis par l'étude des textes cunéiformes, par M. Jules Oppert. Paris, 1869, pp. 123—127, in quo opere Suezensis Palæo-Persica primum a doctissimo viro edita et explicata est inscriptio.

VII. Die altpersischen Keilinschriften im Grundtexte mit Uebersetzung, Grammatik und Glossar von Fr. Spiegel, Leipzig, 1862.

VIII. Zur Erklärung der altpersischen Keilinschriften. Von Dr. H. Kern. (Zeitschrift der Deutschen morgenländischen Gesellschaft. XXIII. Band. 1869. pp. 122—239).

IX. J. Oppert. Mélanges perses. (Revue de linguistique et de philologie comparée. Recueil trimestriel

de documents pour servir à la science positive des langues, à l'épigraphie, à l'ethnologie, à la mythologie et à l'histoire, t. IV, 3 Fascicule. Paris).

Unamquamque fere Palæo-Persicam inscriptionem, ut notum, Assyrica et Scythica, sic dicta, versiones comitantur. Quum etiam hae doctissimorum virorum herculeis laboribus explicatae sint, multumque certo archetyporum sensui stabiliendo conducant, has etiam bene perspexisse unicuique Palæo-Persico interpreti religionis fuerit. In Assyricis primus haec avia aperuit idem clarissimus vir H. Rawlinsonus, in Scythicis Edv. Norrisius, quos sequitur Assyricarum etiam rerum sagacissimus enarrator J. Oppertius. Eorum proxime huc spectantia opera sunt:

Analysis of the Babylonian text at Behistun by H. C. Rawlinson. (The Roy. As. Soc., I pars XIV voluminis. 1851).

XI. Memoir on the Scythic Version of the Behistun Inscription. By Edwin Norris. (The Journ. of the Roy. As. Soc. Vol. the XV. 1855).

XII. Expédition scientifique en Mésopotamie exécutée par ordre du Gouvernement de 1851 à 1854 par MM. Fulgence Fresnel, Félix Thomas et Jules Oppert. T. II, pp. 154—256.

Suezensem insuper Aegyptiaca, adhuc, quantum scio, inedita, versio inscriptionem comitatur; similiter quadrilingues sunt in vasis Xerxis (operis nostri archet. p. 111) et Artaxerxis (p. 116), utpote ex Aegypto promanantibus, inscriptiunculae, neque magni ad Persici

textus sensum elucidandum breviusculae versiones momenti esse possunt.

Post interpretationem omnes Inscriptiones etiam Latinis literis, tironum commodo, repetendas visum est, transcriptionalesque sic dictas literas ad Boppii Sanscritis et Sendicis accomodatam normam [1], adhibui; quumque *syllabicam* scribendi rationem, cujus in Palæo-Persica scriptura multa vestigia manent (Liter. Palæo-Pers. enunciatio, § 8), ex *ideographis*, cujus itidem restant reliquiae (ibid. §§ 14 et 15), fluxisse sat constat, syllabam autem ›<< in antiquissima Cyri Palæo-Persica inscriptione non *syllabice* (§ 8), sed *composite* (›<< <𐎹) scriptam invenimus, cuneatas Persarum literas jam ante Cyrum, inter Persas et Medos, quamvis scripta documenta vel adhuc latent, vel jam penitus evanuerint, in usu fuisse syllabasque ibi initio, ut apud Assyrios, cum ideographis mixtas viguisse mihi maxime veri simile videtur; labente autem tempore, quum ideographi, tum solidae syllabae, singulis consonantibus syllabica forma servata, vocalibus adjectis, antiquo scribendi modo passim utique servato (ut ex. gr. persaepe apud Darium in syllaba 𐎭 et adeo in ideographo 𐏋, *regem* designante) exprimi cœperunt, donec serioribus temporibus, quum genius, ut ita dicam, Palæo-Persicae linguae avolaverit, haec tum ideographis (<<<, <<|), tum obsoleta syllabica scribendi ratione (|<≍) decrepitam aetatem suam obtegere atque

---

[1] Vergleichende Grammatik des Sanskrit, Zend, Armenischen, Griechischen, Lateinischen, Litauischen, Altslavischen, Gothischen und Deutschen von Franz Bopp. 3. Ausgabe. 1. Band. 1868. pp. 43—44; 91—92.

quasi aliquo fuco exornare voluisset (Vide Inscriptiones Artaxerxis Mnemonis et Artaxerxis Ochi).

Scio enunciationis legibus etiam totam linguae nostrae grammaticam, systematico ordine enarratam, perutile esset si adjecissem. Sed haec tam plene tamque luculenter a Spiegelio nostro est enarrata, ut mihi nil restaret nisi hanc totam et integram in librum meum transferre. Quumque, sine Spiegelii opere, nullam magnam utilitatem librum meum *tironibus* allaturum certissimus sim, ad hoc omnes, qui Palæo-Persicae linguae leges ac *ritus* penitus perdiscere velint, universis ceterum linguae formis Glossario meo inclusis, confugere suadeo.

Quod ad Glossarium, quum, operis progressu, multa melius, quam initio ejus edoctum me putem, ut ex. gr. in vocibus *apariyâyaṇ, aśabâra, śiyâti,* hoc vel maxime, Interpretationem perlustrando, lectores meos tenere velim. Idem et de Addendis. In Glossario radices Palæo-Persicas cum Sendicis et Sanscritis imprimis comparabam, aliarum etiam affinium linguarum, quarum mihi notitia est, adjectis. Armenicas radices amicissime mihi contulit Professor Patkanoff. Inscriptionum locos, ubi quaelibet Palæo-Persica forma occurrit, nisi rarissime indicavi, quum hi itidem in Spiegelii opere accuratissime sunt designati.

Restat, ut de typographi in librum meum eximiis meritis, ut in initio Præfationis promisi, lectores certiores faciam, nilque melius existimo, quam hic ipsius relatum, quem, me postulante, officiosissime de opera atque industria, in librum meum (quod artificium et ex-

politionem atque topographiam spectat, nec non diversis ejus adornandis Indicibus) a se insumptis conscripsit, apponere; quæque hic referuntur etiam erudita uxor ejus, Helena Gregoris, e Polanski gente, Golowin sibi plenissimo jure, maximam partem, vindicare potest, quippe quae, tum in eligendis imaginibus, tum in titulis atque ornamentis libri concinnandis, ipsa picturae peritissima, optimam operam navavit. Adjiciendae sunt his perpetuae curae, quas in accuratissime perficiendis imaginibus nec non in his rite ad archetypa, monumentis incisa, vel ad quae referuntur, disponendis nunquam alacri atque indefesso animo adhibere destitit.

Relatus Wladimiri Ioannidae Golowin.

«Quum *Archetypa* primam atque praecipuam libri partem efficiunt, in hoc plane auctori ejus astipulando, alias imagines atque ornamenta, nisi quae Achæmenidarum tempori pertinent, admittendas abstinui; in ceteris vero sectionibus, ejusdem assensu, tum ex antiquioribus temporibus, tum e serioribus, tum etiam e recentioribus Persicae artis monumentis, elegantia et venustate ducibus, eligenda et disponenda curavi, ita ut, a Sassanidis ordiundo usque ad recentiora tempora, in his architectonicae atque sculpturatae Persarum artis ob oculos sibi posita exemplaria lectores habeant. Neque ejusmodi ornamenta plane a re aliena esse putem, quippe in nobilissimarum Asiae inscriptionum atque monumentorum editione, si temporum finibus, quod ad inscriptiones, typographus adstrictus esset, certe, in eligendis ceteris talis operis ornamentis, ex amœnissimo inscriptionum dominio minime, puto, excedere debuit. Sic factum est, ut in opere nostro ab *aureis* cuneatis literis—quae, Chardino et Kämpfero testibus, auri reliquias, etiam illorum tempore, super aliquot Persepolitanis

monumentis, servabant — in fronte ejus involucri, a cupresso, arbore, quae caelaturas Persepolitanarum scalarum distinguit, a variis coloribus picto, libri involucrum decorante, lemnisco, qui Persis adamatos colores, nempe *purpureum*, *caeruleum*, nec non *argenti* et *auri* adunat [1], incipiundo, procedendoque per parvas Ahuramasdae imagines, rosas, parvulos boves atque unicornes, per Sassanidarum temporis arcuatam concamerationem, quae in Takht-i-Rustamo est conservata, usque ad Meidan-i-Shah, pulchrum forum Ispahanense, fasciamque ex antiquitatibus compositam, quae Glossarii columnas distinguit, et denique Saadii sepulchrum, nullum aliud quoddam inveniatur ornamentum, quod non Persicae artis reliquias et monumenta exhiberet».

«Fontes praecipui et adjumenta, quorum notitiam, quod ad antiquitates, atque ipsos libros, mecum communicatos, benignitati operis auctoris debeo, quique mihi operis sic exornandi facultatem dederunt, secundum chronologicum ordinem, sunt:

I. Voyages de M-r le Chevalier Chardin, en Perse, et autres lieux de l'orient. A Amsterdam, MDCCXI. Tome *neuvième*, contenant le premier voyage de l'Auteur d'Ispahan à Bander-Abassi, & son retour à Ispahan [2].

II. Cornelis de Bruins Reisen over Moscovie, door Persie en Indie: verrykt met drihondert konstplaten, vertoonende de beroemste lantschappen en steden, ook de byzondere dragten, beesten, gewaffen en planten, die daer gevonden

---

[1] Esther, I, 5—7: — 5. Et præteritis diebus istis instruebat rex (Ahasverus i. e. Xerxes) omni populo habitanti in Susa, urbe regia, a magno usque ad parvum, convivium per septem dies in porticu hortorum palatii regis.

6. Lintea, carbasa caeruleaque purpura (aulaea) substinebantur ibi funibus e bysso et purpura rubra per cylindros argenteos et columnas marmoris albi.

7. Lectuli ibi erant ex argento et auro, super pavimento ex molochitide et albo marmore rubicundo. Et convivio excipiebantur in vasis aureis cet.

(*Versio auctoris*).

[2] Prima Chardinii editio excusa est Londinis 1865, sub titulo: «Chevalier Chardin: Journal du voyage en Perse et aux Indes Orientales».

worden; voor al derselver oudheden, en wel voor namentlyk heel uitvoerig, die van het heerlyke en van oudts de geheele werzelt door befaemde Hof van *Persepolis*, by de Persianen *Thilminar* genaemt, t'Amsterdam, 1711 [1].

III. AMOENITATUM EXOTICARUM POLITICO-PHYSICO-MEDICARUM FASCICULI V, quibus continentur variae relationes, observationes et descriptiones rerum Persicarum et ulterioris Asiae, Auctore ENGELBERTO KAEMPFERO, D. Lemgoviae, 1712.

IV. Carsten Niebuhr. Reisebeschreibung nach Arabien und andern umliegenden Ländern. Kopenhagen und Hamburg. 1774—78 [2].

V. DENON. VOYAGE DANS LA BASSE ET HAUTE ÉGYPTE pendant les campagnes du général Bonaparte. Paris, an X (1802). 2 vol. très gr. in F⁰ avec 141 pl.

EJUSDEM — an X (1802). 2 voll. 4⁰ et atlas in F⁰.

EJUSDEM — editio 3, Paris, 1820, 2 voll. 8⁰ et Atlas in F⁰.

VI. MALCOLM: THE HISTORY OF PERSIA. 2 vol. London, 1815.

VII. DESCRIPTION DE l'EGYPTE, ou Recueil des observations et des recherches, qui ont été faites en Égypte pendant l'expédition de l'armée française. S-de édition. Par PANCOUCKE. Paris, 1820—1830, 24 tom. en 26 voll. in 8⁰ et 12 voll. in F⁰ de planches.

---

[1] Idem liber Gallice editus est Parisiis a 1725 sub titulo: «Voyages de Corneilles Le Bruyn par La Moscovie, en Perse, et aux Indes Orientales. Ouvrage enrichi d'un grand nombre de Figures en Taille-Douce, des plus curieuses, representant les plus belles vues de ces païs; leurs principales Villes; les différents habillements des Peuples, qui habitent ces Régions éloignées; les Animaux, les Oiseaux, les Poissons & les Plantes extraordinaires qui s'y trouvent. Avec les Antiquitez de ces Païs, & particulierement celles du fameux Palais de Perse'polis, que les Perses appellent Chelminar. (Tome IV).

[2] In versione gallica: Voyage en Arabie & en d'autres pays circonvoisins par C. Niebuhr. Tome second, à Amsterdam, MDCCLXXX. Est etiam editio Hollandica.

VIII. Travels in Georgia, Persia, Armenia, Ancient Babylonia, &c. &c. During the years 1817, 1818, 1819, and 1820. By Sir Robert Ker Porter. In two volumes. London, 1821—1822.

IX. An Historical and descriptive Account of Persia. By James B. Fraser, Esq. Second Edition. Edinburgh. MDCCCXXIV.

X. L'Univers. Histoire et Description de tous les peuples. Arménie, par M. Boré, orientaliste. Paris, MDCCCXXXVIII.

XI. Narrative of a Journey to the site of Babylon in 1811, now first published: Memoir on the Ruins; with Engravings from the original sketches by the Author: Remarks on the Topography of ancient Babylon. By Major Rennel; in reference to the Memoir: Second Memoir on the Ruins; in reference to Major Rennel's Remarks: with Narrative of a Journey to *Persepolis:* now first printed, with hitherto unpublished Cuneiform Inscriptions copied at Persepolis: by the late Claudius James Rich, Esqu., formerly the Resident of the Hon. East India Company at Bagdad. Edited by his widow. London, MDCCCXXXIX.

XII. Mémoires de l'Institut Royal de France. Académie des Inscriptions et belles lettres. T. XII. 1839. (Nouvelles observations sur les Inscriptions de Persepolis par M. Saint-Martin).

XIII a) Voyage en Perse de MM. Eugène Flandin, peintre, et Pascal Coste, architecte, attachés à l'ambassade de France en Perse, pendant les années 1840 et 1841. Paris. Tomes I—IV: *Perse Ancienne;* tome V: *Perse Moderne;* tome VI: *Perse Ancienne*, texte par E. Flandin.

b) Rélation du Voyage par Eugène Flandin. Deux tomes. Paris, 1851—1852.

XIV a) L'Arménie, la Perse et la Mesopotamie. Géographie, Géologie, Monuments anciens et modernes, mœurs et coutumes. Par Charles Texier. Paris, MDCCCXLII.

b) DESCRIPTION DE L'ARMÉNIE, LA PERSE ET LA MESOPOTAMIE, publiée sous les auspices des ministres de l'interieur et de l'instruction publique. Par CHARLES TEXIER. Deuxième partie. Paris, 1852.

XV. THE PALACES OF NINEVEH AND PERSEPOLIS RESTORED. An essay on ancient Assyrian and Persian architecture. By JAMES FERGUSSON, Esq. London, 1851.

XVI. CAYLUS. RECUEIL D'ANTIQUITÉS ÉGYPTIENNES, ETRUSQUES, GRECQUES ET ROMAINES. Paris. 1852—67. 7 voll. in 4°.

XVII. DISCOVERIES IN THE RUINS OF NINEVEH IN CHALDÆA AND BABYLON. By Austin H. LAYARD. M. P. London, 1853.

XVIII. ՏԵՂԱԳԻՐ ՀԱՅՈՑ ՄԵԾԱՑ· Ի Ս· Ղազար· (1855) Հ· ՂԵՒՈՆԴ Վ· ԱԼԻՇԱՆԵԱՆ·

XIX. TRAVELS AND RESEARCHES IN CHALDÆA AND SUSIANA. By WILLIAM KENNET LOFTUS, F. G. S. London, MDCCCLVII.

XX. ILLUSTRATED LONDON NEWS. 14 Febr. 1857. pp. 138—139.

XXI. Archäologische Zeitung, herausgegeben von Eduard Gerhard. Berlin, 1857, №№ 103, 104. S. 50—55, 59. Die große Darius-Vase in Neapel, v. F. G. Welcker. S. 55. Gräber zu Canosa, Taf. CIV, und Inschriften der Darius-Vase v. F. Ascherson, Taf. CIII.

XXII. NEWTON'S DISCOVERIES AT HALICARNASSUS, CNIDUS AND BRANCHIDAE. 1862. 2 voll. 8°, Atlas F° Plate 7.

XXIII. THE FIVE GREAT MONARCHIES OF THE ANCIENT EASTERN WORLD. By GEORGE RAWLINSON, M. A. London, 1867. Vol. IV.

«In generali imaginum et ornamentorum Indice, a me composito, librorum, e quibus sunt desumptae, locos religiosissime

designandos curavi, qui Index plane, ut autumo, demonstrat me maximas curas adhibuisse, ut omnia, quae artem typographicam artificiumque spectant, in universum, ipsi textus valori atque significationi aptissime responderent; neque typographei mei facultatibus atque subsidiis ullo modo peperci, quum unum in votis habuerim *scientiae* conjunctim et *artificio* debitum cultum laboribus meis præstare».

«Iisdem, maximam partem, operibus, accuratissime et ad critices leges, a me perlustratis, usus sum et in geographicis topographicisque additamentis, nec non in diversis comparativis Indicibus, quae ad hæc referuntur, concinnandis».

«*Tria* proposita habui, quum additamentis tota mente incumberem:

«*Primum* fuit omnia, quae Persicam geographiam et topographiam spectant, in variis scriptorum et viatorum operibus dispersa, sic in unum collecta exhibere, ut tabulae et ichnographiae a me adornatae simul omnes, pro virili, notas mihi atque ad critices artem perlustratas tabulas et ichnographias exhiberent;

Secundum, laborem in diversorum auctorum tabulis et ichnographiis pernoscendis, qui eadem loca sæpe aliis numeris, literis atque denominationibus designant, harum rerum studiosis allevare, quod, una compositis et copulatis omnibus explanationibus, quae singulis tabulis et ichnographiis variorum auctorum sunt subjectae, a me effectum studui;

«*Tertium* denique propositum fuit, sic inter se collatis atque compositis tabulis, ichnographiis atque indicibus, his etiam Iranicarum antiquitatum studiosis, qui vel omnibus fontibus nostris caruissent, vel a molesto labore omnia hæc inter se comparandi abhoruissent, celeriter necessaria sibi conquirendi facultatem præbere».

«*Talia* in votis habendo:

I. «In geographicam Palæo-Persicarum antiquitatum tabu-

lam, a me concinnatam [1], non solum omnes locos, ubi editae ab Auctore Inscriptiones reperiuntur, intuli, sed etiam hos,

[1] «Tabulae huic concinnandae praeter geographicas tabulas, quae operibus Niebuhrii, Ker Porteri, Flandinii, Loftusii, G. Rawlinsonii & cet. adjectae sunt, atque Herodotei orbis tabulam geographicam, quae Baehrii Herodoti editioni est apposita *, etiam generalibus in hoc genere adminiculis, ut Tabularum Geographicarum voluminibus, quae a *Weimarensi Geographica Societate*, nec non quae a Stielero cet. editae sunt, usus sum, quibus Militaris Topographicae Sectionis Prætorii nostri tabulae sunt adjiciendae. Forma sua atque volumine Tabula nostra Græfianae ** proxime accedit, ut quae *scala* sua proposito nostro accomodatior visa est, hancque cum magna Kieperti geographica tabula *** contuli. Non possum silentio præterire in labore hoc perficiendo multa suspensa et obscura, varias; ad critices normam, tabulas conferendo et comprobando, tollere multaque inter se pugnantia diri-



Persepolis et loca adjacentia secundum Ker Porteri geographicam tabulam.

mere vel consociare persæpe opus mihi fuisse, quod præsertim in aliquorum fluviorum cursu definiendo locisque ad hanc vel aliam provinciam referendis saepe mihi obvenit, quas difficultates imprimis in Kurdistani archæologicis

* Herodoti Halicarnassensis Musae. Textum ad Gaisfordii editionem recognovit, perpetua tum Fr. Creuzerii tum sua annotatione instruxit, commentationem de vita et scriptis Herodoti, tabulas geographicas, imagines ligno incisas, indicesque adjecit J. C. Baer. *Volumen quartum.* Lipsiae, MDCCCLXI. ** **Weimar:** Geographisches Institut. Vorder Asien oder Iran, Turan, Arabien und die Kaukasus Länder, bearbeitet von A. Græf. *** **West-Persien** oder die westlichen Stufenländer des Iranischen Hochlandes, zu C. Ritter's Erdkunde. Bearbeitet von H. Kiepert, herausgegeben von C. Ritter. Berlin, 1852.

ubi aliquae reliquiae sive Persicarum, sive aliarum his proximarum antiquitatum adhuc superstites sunt spemque utique novas aliquando reperiundi promittere possunt; in quo varias antiquitates in sectiones dividi, hasque tum diversis coloribus, tum certis signis dilucide distinxi.

II. «Huic tabulae comparativam *scalam*, sic dictam mensuram minutam, concinnavi, quam, spatiis, quae a variis antiquis, orientalibus atque recentioribus scriptoribus et peregrinatoribus indicantur, inter se conferendis et definiendis pariter vel maxime idoneam fecisse volui.

III. «Tabulae geographicae archæologicae ceterisque additamentis, locorum, ubi literae sunt cuneatae, plenissimas, pro virili (ordinem, quo in Auctoris opere *Archetypa* disposita sunt, religiosissime sequendo), topographias subjunxi, hisque, Flandinio praecipue duce, rerum explicationi destinatos Indices adjeci.

IV. «Communem Persepolis *topographicam Ichnographiam* descripsi Indiceque hanc locupletavi; quod utrumque amplissimam, lectori, spero, facultatem præbebit, hujus unius ichnographiae ope, ichnographias Kämpferi, Niebuhrii aliorumque viatorum, omni tempore ad voluntatem restituendi; quum literas vel signa facillime aliis mutare, vel loca, a hoc vel alio viatore omissa, Indicis ope, itidem, si velit, præterire possit.

---

locis stabiliendis mihi experiendum fuit, quum fines utriusque, Persici et Turcici, hucusque parum sunt certi».

«Recentiores geographi, certe, multa in anterioribus Persicis geographicis tabulis erronea correxerunt, dubia explanaverunt, falsa in melius mutaverunt. Quam parum accurate etiam exquisitiori interdum cultu et eruditione instructi viri, ut Ker Porter****, Farsistani adeo ipsiusque Persepolis viciniorum topographiam tractabant, monstrat tabulae celeberrimi viatoris particula, quam hic exempli gratia apponimus, ubi vicinorum Persepoli fluviorum fontes perverse sunt delineati, quod facillime, si hanc cum nostra tabula generali et Kieperti ***** locorum Persepoli adjacentium conferas, probabitur».

**** A Map of the Georgian and Persian Provinces & cet. (Ker-Porter, vol. I).

***** Schiraz, Persepolis und Umgebend in doppeltem Maastab der Haupkarte.

V. «Simillimos Indices et Ichnographias Persepolitanis palatiis illustrandis *sceperatim* feci, quum hæc tum architectonicis constructionibus, tum cælaturae et inscriptionum copia, longe maxima et gravissima cultioris antiquorum Persarum vitae usus monumenta præstant».

«His laboribus absolutis, duos etiam uberrimos indices, nempe nominum propriorum: α) personarum et locorum, qui in Inscriptionibus nostris occurrunt, et β) antiquorum atque recentiorum scriptorum, qui in libro laudantur, lectorum itidem majori commodo, comparavi».

«Omnia hæc, approbante Auctore, perficiundo, nullas pœnas neque molestias passus sum, dum antiquitatum amor has minime me curare faciebat. Si vero antiquitatum, præcipue vero Persepolitanarum studiis, mea etiam opera quantulumcunque conducet, in hoc profecto maximum mihi præmium erit. Pergant debitum habere vigorem amœnissima studia minimeque vacillent, ut venustissimum Persepolitanum *capitulum*, quod, quamvis loco motum, centum ante Niebuhrium annos minime collapsum (Vide: The philosophical transactions abridged, t. III, p. 547) Niebuhrius vidit; loco motum, nec vero collapsum viderunt hoc etiam Flandinius, Texierus et recentiores viatores».

Verbis eruditi Typographi nil addere habeo, quum optimus judex, quantum facta ab eo verbis ejus respondeant, ipse est liber, quem tantum adamavit.


Laudi tamen ejus adjiciendae non est quin praeteream hunc Persicis antiquitatibus etiam e Graecis, sed Persicas res cummaxime attingentes, Canusinae nempe praestantissimae amphorae e tenuissima argilla confectae, quaeque ad *Magnae,* sine dubio, *Graeciae* tempora refertur atque nunc in Neapolitano Burbonico Museo asservatur, imagines, ad apographa in *Londi-*

nensibus imaginibus ornatis ephemeredibus (Illustrated London News, 14 Febr. 1857) et Eduardi Gerhardi *Archaeologicis* (Archäologische Zeitung, herausg. von Ed. Gerhard, Taf. CIV), a me cum illo communicata, laetissimo animo, postquam elegantissime has ligno incidi curaverit, adjunxisse. Neque his contentus, etiam




Hypogeum Canusinum (ubi amphora Darium H. consultantem exhibens est inventa), ad f. Gerhardi (Gräber zu Canosa).

sepulchri imaginem, ubi amphora est inventa, proprio motu, ex iisdem Gerhardi ephemeridibus (tab. CIV) accuratissime, in libri nostri usum, depingi atque ligno itidem incidi curavit. Imagines Canusinae amphorae proximas Praefationis nostrae paginas occupant. Et profecto, amphora haec, ob praestantissimas suas imagines, dignissimum, puto, honorem in libro nostro accepit, quarum explicationem, etiamsi ipsae oculis lectorum occurrunt, non pigebit forsan hic, opiniones doctissimorum virorum sequendo, quamvis leviter attingere.



Magna amphora Darii Hystaspi=

Pars generalis: Darii consilium. Pugna cum Amazonibus superne.



— Neapolitana sive Canusina, ad f. Gerhardi.

Pars opposita: Bellerophontis pugna cum Chimaera. Superne teleta.

In media frontis amphorae imaginum serie Darius de bello Graecis inferendo cum Persici imperii optimatibus consulens inducitur, jamque bellum decretum esse videtur. Series inferior medio loco tributorum exactorem, e gente probabiliter Ionica, mensae argentariae, in qua quot quae Persici imperii provincia talenta solvere in bellum cum Graecis debeat est descriptum, insidentem exhibet; ipsæque Asiaticae provinciae ultro ad hunc, sub diversarum virginum specie, cum nummis rebusque pretiosis advolant. Series superior Græciam, sub specie virginis tristiori vultu, in quam Bellona ('Αρά) ab Asia, quae jam e finibus suis (itidem sub specie virginis, terminalis Hermae basi insidentis) exierat, emissa irruere gestit. Sed ante Græciam processit Minerva, ipseque Juppiter huic tutandae properat, aliique Dei sequuntur. Hominum decreta, quamvis amplissima, nil contra divina valere hac imaginum serie ostendi videtur. In opposita amphorae parte pugna Bellerophontis cum Chimæra, a quo portento Asia olim Græcae originis herois ope liberata erat, est exhibita. Superne, exitum versus, in parte adversa, cum Amazonibus pugna, in aversa, nescio quae τελέτη; utrumque simpliciter, ut ornamenta additicia, ab artifice videtur adjectum.

Virorum doctorum opinioni, qui Canusinam amphoram tempori proxime Marathoniam pugnam subsequenti pertinere censent, mea ex parte, paratissimus accedo.

His aliquot verba de hypogeo, ubi amphora est inventa, nec non de personis, quibuscum Darius, super

adversa ejus parte, consilium habere videtur, e doctissimorum archæologorum, E. Gerhardi et E. Curtii, commentationibus excerpta, lectorum commodo subjungere placet:

«.... Es erfolgte dieser neue Fund (hypogeum scil. cum Darii amphora)... ohnweit des Trajansbogens, der unter dem Namen *Porta Varrense* als das hauptsächlichste Thor des alten Canusium in griechischer sowohl als römischer Zeit bekannt ist. In der Tiefe von 24 Palmen entdeckte man (1851) zwei Grabeskammern: man fand in einer derselben zwei vollständige Rüstungen aus Erz mit Vergoldung, in der andern sieben Vasen von seltener Vortrefflichkeit... Als drittes dieser Gefässe wird die uns bereits näher bekannte über 5 Palmen hohe, mit 60 Figuren bedeckte Inschriftvase des Perserkönigs Darius zugleich als Hauptstück der Sammlung bezeichnet...» (E. G., — Gräber zu Canosa, Archaeol. Zeit. 1857, col. 57).

«Wir müssen uns die auf dem mittleren Streifen dargestellte Versammlung im Halbkreise sitzend denken, zwei Räthe zur Rechten, zwei zur Linken des Grosskönigs; der Redner steht ihm gegenüber. Rechts vom Könige steht eine edle jugendliche Gestalt mit Schwert und Lanze. Bei einer so kleinen Anzahl von Personen ist nicht vorauszusetzen, dass solche, die bei der Handlung gar nicht betheiligt sind, wie etwa ein königlicher Leibwächter, in voller Gestalt zur Seite des Königs dargestellt seien. Es ist, wie Welcker annahm, der Oberfeldherr. Beim zweiten Zuge (490) waren zwei Oberfeldherrn und unter ihnen Datis, ein älterer Mann, der Erste. Es kann also nur der Feldherr des ersten Zugs gemeint sein, Mardonios, des Gobryas Sohn. Keine Gestalt war den Griechen bekannter und wichtiger; seine grosse Jugendlichkeit, welche den Stolz der zurückgesetzter Gegner besonders verletzte, ist in der Figur sehr deutlich ausgedrückt. Der Redende ist sein Gegner, Artaphernes, mit welchem die Griechen, ... am meisten zu thun hatten, ihr Hauptfeind im

persischen Lager (Her. V, 73)... ein betagter Mann in griechischem Gewande .. ist der Schützling des Artaphernes — Hippias».... (E. C., — Ueber die Dariusvase, ibid. coll. 112—113).

In libro edendo philologicis praecipue studiis, pro virili, me consulere voluisse Praefationis initio confessus sum. Sed quoniam fata voluerunt, ut non solum philologicis et archaeologicis, sed antiquae etiam geographiae illustrandae liber meus aliquid contulerit, in hoc ipsi mihi nisi paucissima vindico, quum omnia fere quae hanc, tabulis geographicis praesentibus, attinent in operibus amicissimorum mihi virorum, Spiegelii[1] et Justii[2], optime explanata invenissem unicaque mihi excerpendi cura relicta esset.

[1] Eranische Alterthumskunde von Fr. Spiegel. 1. Band. Geographie, Ethnographie und älteste Geschichte, Leipzig, 1871.

[2] Beiträge zur alten Geographie Persiens von Ferdinand Justi. (Duae Sectiones). Gießen.

CAJETANUS KOSSOWICZ.

Scribebam Petropoli anno 1872
mensis Martii 13/25 die.



Præfationis additamentum.

Libro meo omnino jam absoluto, postquam officinae, sic fatis volentibus, longius ac par erat mansisset, novae clariss. Julii Oppertii Behistanensis nec non Persepolitanae I et Naqširustamensis b) aliquot locorum correctiones et explicationes in Asiaticis Parisiensibus Ephemeridibus (Journ. As. Févr.-Mars 1872) apparuerunt, quae quum ingeniosissimae sunt, non potui quin laeto animo opportunitatem has etiam vel breviter hic percensendi arriperem.

Locum mancum Behist. IV, 13, qui vulgo sonat: *upariy abastâm* cet., Oppertius legit: *apariy abastâm upariyâyam, naiy uvârim utâ druvaçtam zaura akunavam*, totumque hunc §-phum vertit sequentibus: «Je ne fus ni méchant, ni menteur, ni violent, ni moi, ni ma race: je régnai selon la Loi (cette loi, c'est l'Avesta même), je ne commis de violences ni contre l'usage *(uvârim)*, ni contre le droit *(druvaçtam)*.»

Avesta ergo, ad hanc explicationem, palaeo-Persice sonabat *Abastâ*.

Ibid. 5. pro *duruša* Oppertius legit: «*duruvâ* (scr. *dhruva*, zend *drva*, persan *druva)*».

Ibid. 9. pro *hamahyâyâ duvartam: hamahyâyâ tharda kartam*.

Ibid. 14 pro *avaiy mâ daustâ avaiy ahifrastâdiy parśâ*: *avaiy mâ daustâ* azdiy avaiy rastâdiy *parçâ*, à ceux-là ne sois pas ami, ceux-là punis, selon la justice. *Rastâdiy*, ajit vir doctissimus, semble être le locatif d'un mot perse d'où provient le persan *rastâd* «salaire».

Ibid. 16* pro *ǵadanautuv: vazarkam kunautuv*, qu'il fasse grandir.

In Inscriptione Darii H. Persepolitana I., 3. vocem *duvaiśtam* legit *duvaisantam*, totumque §-phum vertit sequentibus: «si tu (Ormazd) dis: «Ce sera ainsi,» je ne craindrai rien d'un ennemi. Protége le peuple perse. Si le peuple est protégé, la *Siyâtis*, qui a anéanti le méchant, pourra toujours, ô Ahura, trouver un asile dans cette maison.»

De voce Siyâti jam notavi in Praef. p. IX.

In Naqśirustamensi inscriptione b), incipiendo a manca litera 1-mi §-phi *u*, sic §-phi voces supplet, corrigit atque interpretatur:

[*Hacâ tyanâ*] *u* [*vâris ut*] *â druvaçtam upariy* [*Dâraya*] *vum khsâyathiyam upar* [*iyaya*.]

«Par la volonté duquel (d'Ormazd) l'usage et le droit régnèrent au-dessus du roi Darius.»

[1] Adam hamatakšiy vasnâ Auramasdâha yat̓â Gaumâta hya Magus vit̓am tyâm amâk̓am naiy parâbara. Yat̓â (ut), ut justissime asserit. Spiegelius, alteram duarum hic, ut in Sendico et Sanscrito sermone, significationum admittit, nempe vel propositi, vel modi agendi. Si primam particulae significationem praefers, nostrae et Rawlinsonii versionis enunciatum habebis; si alteram, Oppertii, quam in praestantissimo opere suo etiam Spiegelius expressit. Apponere liceat, majoris evidentiae gratia, eruditissimorum virorum interpretationes. Rawl.: ego molitus sum, gratiâ Oromasdis, ut Gomátes qui Magus gentem quam nostrûm non deleret (I laboured, by the grace of Ormazd, (in order) that Gomátes, the Magian, might not (or did not) supersede our family); Benf.: So habe ich gearbeitet, durch die Gnade des Auramazdâ, dass Gumâta der Mager dies unser Volk uns nicht entreisse; Opp.: 1851, j'ai disposé (tout) jusqu'à ce que j'eusse rétabli l'état (adam hamatakšiy yâtâ — yat̓â paruvamćiy). Je l'ai arrangé par la volonté d'Ormazd comme ç'avait été avant moi, lorsque Gomatès le Mage n'avait pas usurpé (notre palais) notre pays,—idem 1859: Ego molitus sum ex auctoritate Oromazis perinde ac Gomatès Magus domum nostram non abstulisset («comme si Gomatès le Mage n'avait pas supplanté notre maison»); Spieg.: ich habe gewirkt bis ich diesen unsern Clan wieder an seinen Platz gestellt hatte, wie es früher war, so bewirkte ich es wieder, als Gaumâta der

15. Haec [i. e. sequentia, quae hucusque dicta a me excipiunt] *sunt,* quae ego feci postquam rex fui.

16. Edicit Darius rex: Quum ego Cometem, quem Magum *compertum est fuisse,* occídi, inde unus mortalis [mortalis quidam], Atrinus nomine, Upadarmis filius, hic exsurrexit *contra me* Susianae, populo*que* sic dixit: Ego Susianae rex sum. Inde Susiani alienati *a me* fuerunt ad istum*que* Atrinum transierunt: hic rex factus est Susianae. Etiam

---

Mager unsern Clan noch nicht beraubt hatte; Kern.: ich bewirkte mit Gottes Willen, dass Gaumâta der Mager unser Volk nicht ins Verderben führte. — Rawlinsonii versionem carere veritate Oppertius putat, asserendo falsum Smerdim, tempore, quo res Persarum a Dario restituendae describuntur, jam mortuum fuisse (Expéd. scient. p. 214); sed non de mortuo hic agi, Rawlinsonio interprete, mea quidem sententia, est clarissimum, Dariumque asserere se omnibus viribus incubuisse, ne Magus, quum vivus esset, regalem domum, quae crimine illum facillime convincere potuisset, quum ipse nomen regium usurpaverit, exterminaret. Hoc velle clariss. Rawlinsonium, tum versionis supra adductae, tum ad Assyricae explanationem verba adjecta (p. LXXXV) luculentissime denotant: I made arrangements that our family in its place I established: [as it was before, so I arranged matters] by the grace of Ormazd, that our family was not displaced by Gomates the Magian. Quod ad coaevas archetypo interpretationes, eandem in utraque, vocum nostro yatâ respondentium valore, quantum hunc perspexisse mihi fas fuit, ambiguitatem admittunt. Ut verbo finiam, interpretatio Oppertii quum sit ingeniosa, simplicior tamen et ad veritatem magis accedens mihi Rawlinsonii videtur. — Post hamataḱšiy in antecedente ejusdem §-phi loco, conf. yâtâ cum yatâ ibi etiam idem verbum excipiente, nec non utriusque particulae significationis diversitatem.

unus mortalis Babyloniensis, Naditabelus nomine Ainiri [1] filius, hic exsurrexit *contra me* Babyloniae populo*que* sic mentitus est: Ego Nabuchodonosor sum, qui Nabuniti filius [ego sum Nabuchodonosor ipsissimus filius Nabuniti]. Inde populus, qui Babylonius *est*, omnis ad istum Naditabelum transiit, Babylonia*que a me* alienata fuit: regnum, quod *est* Babyloniae, hic occupavit.

17. Edicit Darius rex: Inde ego exercitum misi Susianam, iste*que* Atrinus vinctus adductus est ad me: ego-illum occidi.

18. Edicit Darius rex: Post-haec ego Babyloniam profectus sum contra istum Naditabelum, qui Nabuchodonosorem se-nominabat. Exercitus, qui Naditabeli *fuit*, Tigrim tenebat. Illic adstabat [2] *hostis* [ad dextram, quae est ab urbe Babylone, occidentalem scil. fluminis Tigris ripam], et super nave [3] [collective, pro *navibus*] *praeterea*

---

[1] In Archetypo: 𐎠. 𐎡. 𐎴 - - 𐎼. 𐎹. duabus literis in media voce elapsis. In Scythica versione, prima vocis litera elapsa, legitur (A)hinahira; in Assyrica, Hebraicis literis transcribente Oppertio: איניר.

[2] Subjectum praedicati aistatâ et sequentis âha est in praecedente voce kâra.

[3] Opp.: Exercitus Naditabelis Tigridem tenebat: illic stabat et apud eum rates erant, quae versio prodit virum clariss. nâviyâ pro nom. plur., abis vero pro praepositione cum pronominali suffixo (abi-s) accipere. Sed exempla analogae praepositionis (non adverbii) habentur in patiy et patis, ita ut in *s* ultimae vocis nullum sit opus praesentiam similis pronominis divinandi, ipsaque vox recte praepositio esse potest. Kernius in abis videt adverbium significans: prope (Gr. ἀμφίς), in nâviyâ vero nom. plur. a themate nâu (cum *i* epenthetico; conf. de voce vit in

erant. Protinus ego exercitum *meum* naves[1] conscendere-feci, *continuoque* alium-hostium submissum feci [2] [potestati meae submisi, — sponte in potes-

annot. ad p. 16), ut sit, vertente illo, Germanice: das Kriegsvolk des Naditabira beherrschte den Tigris; da hat es sich postirt, und dabei war auch eine Flottille. In mea versione, quod ad vocem nâviyâ, a Kernio emissam conjecturam excepi (und dabei war es zu Schiff), cui ipse vir doctissimus non admodum adhaeret, in sequentibus vocem, quae significaret «theilweise» non inveniendo, quam notionem in aniyam — aniyañyâ me deprehendisse puto. Nâviyâ itaque cum Spieg. pro loc. s. a nâu, cum *i*, ad opinionem Kernii, epenthetico, accipio.

[1] Paśâva adam kâram (a)makâuvâ avâkanam. In voce (a)makâuvâ, post revisionem a Rawlinsonio factam, apparuit nisi initialem deesse. Oppertius legit: ma[ra] kauva, vertitque: tunc ego exercitum in partes dispertivi (1859). Kernius: amakâuvâ, idque cum Sanscr. amatra, Graeco ἀμίς, comparat, analogicamque significationem in Gall. vaisseau (quod est vas et navis), Angl. vessel affert. Sub voce naves vel rates jam Rawl. intellexerat (Then I placed a detachment on rafts). Quod ad enunciati sensum, vir doctiss. cum Spiegelio in his ratibus Persarum rates videre praefert (darauf warf ich Kriegsvolk auf die Schiffe), Babyloniorum sub his nihilominus identidem naves intelligendas admittendo (darauf «verschlug» oder «vertrieb» ich das feindiche Fussvolk auf den Booten), quarum opinionum prior validior forsan esse potest, quum Babyloniorum naves jam voce nâviyâ in eodem §-pho sunt designata.

[2] Aniyam dasabârim akunavam, ich zwang den Feind zur Uebergabe. Dashabâri ist deutlich genug «die rechte Hand emporhebend», Kern. Viri doctissimi interpretationi liceat unam clariss. Spiegelii opinionum, vocis significationi elucidandae inservientium, adducere: Ich gestehe dass ich nicht glaube, dass man an etwas anderes denken kann, als an skr. daxa, daxiṇa u. s. w., was im

tatem meam accepi], alium *vi*...... *itidem in meam potestatem redegi.* [1]. Auramaṣdas mihi auxilium

---

Altp. höchst wahrscheinlich dasa, dasina etc., gelautet hat. Im Neup. heisst داشن Geschenk, im Armenischen das indetische dasn nicht blos dieses, sondern auch sowohl Allianz als Capitulation, Stipulation. Man könnte dann annehmen, dass Darius die feindliche Armee soweit sie auf den Schiffen war, zur Capitulation gezwungen und dann mit Hülfe ihrer Schiffe den Tigris überschritten und die Landarmee geschlagen habe.

[1] Aniyahyâ asm... anayam. Quum saxi fissura finem vocis abstulerit neque aliquid certi de manca voce proferri potest, de excipiente eam anayam recte mihi Kernius judicasse videtur: Jedenfalls ist anayam «ich nahm, ich bemeisterte». Es könnte also dagestanden haben «ich machte sehr viele des Feindes gefangen», wiewohl man eher erwarten würde «ich nahm die Schiffe des Feindes». —Aniyam—aniyahyâ omnes interpretes pro hostibus accipiunt. Ego etiam de hostibus hic agi intellexi, sed distributive, propriaque vocis significatione conservata, nempe ut sit Latine: partem hostium ego —, partem vero —. Omnis haec trajectus Darii descriptio (kâra — anayam), quum in Persico autographo sit manca, nullum fere a versionibus coaevis, quae in hoc loco etiam majorem temporum injuriam sunt passae, auxilium accipit, neque absque divinatione aliqua explicari potest. Non igitur a re forsan alienum erit si, post singulares vocum explicationes, ἄνωθεν repetendo, ejus doctissimorum virorum versiones in extenso apponam. Rawl.: Copiae quae Naditabiri Tigridem tenebant illic venerant, et iis naves erant; postea ego agmen elephantibus (?) [ratibus (?)]disponebam, hostem in angustias (?) adducebam; hostis postitum (?) invadebam (?) (The forces of Naditabirus held the Tigris; there they hade come, and they had boats (lit. «to them were boats»). Then I placed a detachment on rafts; I brought the enemy into difficulty; I assaulted the enemy's position, 1847); Benf.: das Heer des Naditabira hielt

tulit voluntate*que* Auramasdae Tigrim trajeci. Inde ibi [in occidentali scil. Tigris ripa] exercitum quem Naditabeli [qui Naditabeli fuit] ego debellavi potenter. Atriyadis mensis vigesima septima die, tunc fuit ubi certamen commisimus.

19. Edicit Darius rex: Postea [devictis scil. hostibus ad Tigrim] ego Babylonem perrexi. Prope [1] Babylonem quum *versatus sum*....... Zazana nomine *est* oppidum secundum Euphratem [ad Euphratem]: huc iste Naditabelus, qui Nabucho-

---

den Tigris, dahin waren sie gezogen, und es war bei ihm eine Flotte; da theilte ich das Heer in Corps; das eine setzte ich auf Elephanten; das andre führte ich selbst, 1847; Opp.: L'armée de Naditabira défendait le Tigre; elle se tenait là et était sur des bateaux. Après cela, je....., l'armée sur des..... je fis une autre manoeuvre; je me tournais contre l'ennemi?, 1851; (Exercitus Nadintabelis Tigridem tenebat: illic stabat et apud eum rates erant. Tunc ego exercitum in partes dispertivi, alteram camelis gestam feci, alteri equos (açpâ) suppeditavi, 1859 (Exp. sc. t. 2, pp. 215 et 217); Spieg.: Das Heer des Naditabira hielt den Tigris, dort stellte es sich auf und war auf Schiffen. Darauf warf ich mein Heer auf.... Ich machte einen Theil von.... getragen und brachte.... eines Theiles, 1862; Kernius: Das Kriegsvolk des Naditabira beherrschte den Tigris; da hat es sich postirt und dabei war auch eine Flottille. Darauf warf ich Kriegsvolk auf die Schiffe (darauf «verschlug» oder «vertrieb» ich das feindliche Fussvolk auf den Booten). Ich zwang den Feind zur Uebergabe. Ich machte sehr viele des Feindes gefangen (ich nahm die Schiffe des Feindes). 1869.

[1] Quum in voce quae literis  in textu est expressa, litera  est incerta, Oppertius hic praepositionem abiy suspicatur, quae litera, quum enunciatum sit mancum, nescio an est melius ab Rawlinsonio reposita, quamvis lectionem Rawlinsonianam Sanscrito a n t i (Gr. ἀντί) e phone-

donosorem se-nominabat, contendit cum exercitu contra me certamen facere [ad certamen faciendum]. Protinus certamen fecimus, Auramasdasque mihi auxilium tulit: voluntate Auramasdae exercitum quem Naditabeli [quem Naditabelus duxerat] ego cecidi [superavi] fortiter. Hostis in-aquam se-conjecerat [1] undae-que-fluminis-eum abstulerunt. Anamaci mensis secunda die, tunc fuit quando certamen confecimus.

---

ticis rationibus, ut recte notavit Spiegelius, respondere cum maxima difficultate esset admittendum.

[1] Super saxo leguntur solummodo literae: 𐎠.𐏃--𐎠, in textu vero expressi 𐎠.𐏃.𐎹.𐎫.𐎠 (âhyatâ), ingeniosissimam Kernii, quae Scythica versione confirmatur, mancae vocis restaurationem secutus.

Annotatio ad 4-tum §-um. Duvitâtaranam vayam kšâyatiâ amahy. Duvitâtaranam, secundum Rawlinsonium, est diutissime (for a very long time), quodque ad sensum, nil nisi repetitio anterioris haćâ paruviyata. Si explicatio est recta, certe ad Sanscritum, Sendicum Persicumque antiquum dû-ra referri possit, cujus radicalis *û*, in Sanscrito, per vrid'dim, in davišta transiit, ad quod etiam Slavicum дав-ній, дав-но, et corruptiora Graecum δηρ-ός, δηρ-όν, δήν, Latinum diu, diutius, diutissime, pertinere videntur. Sed vocem nostram ad nuncupatum dû referendo, grammaticam ejus formam, si duvitâtaranam legas, non aliam nisi comparativi absol. (acc. n. sensu adv.) statuere necesse esset, cui admittendo ultima syllaba ejus *nam* (quod etiam ipsa repetitione syllabae *ta* absonum mihi videtur), fortissime obstat. Kernius quidem, ad analogiam Latinorum sempiternus, aeternus, hesternus et Germanici gestern, vocem hanc duvitâtarnam legendo, refert, vertitque: seit uralter Zeit sind wir Könige (p. 225—226); sed gradus positi-

vus, absonam itidem syllabae *ta* repetitionem praebendo, nisi: seit langer Zeit, puto, significationem voci quodammodo tribuere, signumque numeri istam praecedens, quod est τοῦ novem, nihilominus, minime explicare possit. Difficultatem ingeniosissime, mea quidem sententia, jamdiu secuit vir de justa antiquarum Persiae inscriptionum explanatione meritissimus, Julius Oppertus, stemma genealogicum construendo, ad quod nonus certe ab Achaemene Darius Persarum princeps, novemque omnino, ut inscriptio declarat, Persici principes unius gentis evadunt, Cambyse II-do, Cyro et Cambyse I-mo (ab Achaemene itidem duobus posterioribus, sed jam per Cambysem I-mum, non Ariaramnem, descendentibus), a Dario cum Achaemene nominatim enumeratis majoribus suis, qui pariter Teispis, filii Achaemenis, posteri fuerant, adjectis. En viri doctissimi saepius repetitum stemma:

Achaemenes
|
Teispis

Ariaramnes	**Cambyses**
Arsames	**Cyrus**
Hystaspes	**Cambyses**
Darius	

Secundum hoc stemma, clarissimus Oppertius locum nostrum sequentibus vertit: Il y eut huit de ma race qui furent rois avant moi: je suis le neuvième, neuf de nous sommes rois en deux branches (1851, J. As. XVIII, p. 270).

In stemmate Oppertii nisi ferme absentia documenti, quod palam Cambysem I-mum filium Teispis nominasset offendere forsitan aliquem posset. Sed, quum ipse Darius regnantes ante se Cambysem II-dum et Cyrum, ut Achaemenidas nuncupat (10), eoque ipso in designatorum a se numero octo Achaemenidarum summam includit, nil est reliquum nisi ut patrem Cyri Cambysem, si non filium, at certe fratrem (probabilius vero filium) Teispis accipiamus, quod utique ne tantillum Achaemenidem esse honorem ei adimit.

Sentententiam suam, non stemmatis. a se constituti nomina,

clariss. vir postea mutavit, reputando, quod est certum, neque Hystaspem Darii patrem, neque Arsamem, neque Ariaramnem unquam regnasse Persiae, addito his Cambyse I, quem etiam Herodotus nunquam, Xenophon nisi semel (Cyrop. I, 2), idque ad augendum, puto, herois narrationis suae honorem, regem nuncupat, indeque concludendo tres a Dario relatos majores ejus Cambysemque I-mum ante Achaemenem vixisse regaleque in Persia munus gestasse (Expéd. scient. en Mésopotamie 1859, t. II, p. 201), quae viri doctissimi conjectura verissimam, ut opinor, anteriorem ejus sententiam minimè etiam nunc infirmat, quum eo, quod Darii verba evidentissime sursum, a patre ejus incipiendo, aliorum nuncupatorum majorum seriem, nulla interruptione facta, accuratissime usque ad Achaemenem perducunt (2), Achaemenidemque eum sic, quod ejus praecipue intererat, esse probant, tum quod Herodotus et Xenophon, florentium adhuc Persarum rerum coaevi, nullum ante Cyrum regnum eorum extitisse luculentissime testantur; quumque hi montibus suis inclusi, singularibus vicis degissent, nullum dubium est eos peculiaribus ducibus suis, ut fere omnes montanae gentes, inde ex aevo paruisse, mox vero praepotentium Medorum ditioni, disjunctione virium debiliores, succubuisse, Achaemenemque primum inter eos extitisse, qui, postquam insigniori Pasargadarum tribui praeesset gentique, etiam, cui primae, ut apparet, Persarum nomen fuit [conf. Her. I, 125 et quae ad NR a) annotavi], uni jam singulares horum tribus, aliqua ex parté, subjunxisset, stirpis suae rem adeo auxerit, ut Cyrus, ejus pronepos, non solum Medorum dejecerit jugum, sed totius pene Asiae vere rex et imperator sit factus.

Quod ad calculum viro doctissimo injectum removendum inserviat, liceat hic admonere etiam seriores pronepotes Darii, Artaxerxem Mnemona et Artaxerxem Ochum, quorum inscriptiones clarissimus vir explicaverit, minime Hystaspem et Arsamem pro regibus habuisse, quumque alios majores suos, continua serie, ad Darii exemplum, usque ad Achaemenem (neque ultra) perducendo, reges vocassent, hos simpliciter nomine, et adeo Artaxerxem Ochum adjecta voce nâma

(quod tam bene Gallice per nommé, nommé Hystaspe, nommé Arsamès, a viro doctiss. est redditum) apellavisse. His documentis innixus, nullos penitus ante Cyrum Persiae reges fuisse plenissimo jure affirmare posse confido.

Sed quid intererat Darii Hystaspi, quilibet me forsan interrogabit, quum se legitimum regem in inscriptionis fronte exhibere voluisset, majores suos, qui reges non fuere, nominasse? Ad interrogationem ejusmodi paratissimum mihi est responsum, Darium, vel si maxime voluisset majores suos reges, quum non fuerint, non potuisse nominare, hos autem sigillatim enumerare coactum fuisse necessitate quadam (ne falsi Achaemenidae viam sibi porro ad Cyri thronum occupandum munirent) probandi se ex eadem esse prognatum stirpe, ad quam non tam longe demortuus legitimus Persarum rex Cambyses hujusque pater Cyrus pertinebant, quorum nomina, directa majorum suorum serie exhibita (2), hic (4) ea potissimum ratione praeteriisse videtur, quod minime horum legitimitatem probandi opus illi fuit, unusquisque enim hos duo, qui in recenti omnium memoria adhuc viverent, cum tertio Cyri patre, in enunciato a Dario numero facile inclusos esse intellexerit. Suspicari etiam licet Darium, dum neque filius, neque nepos regis fuerat, superiorum nuper extinctam seriem regum, qui ipsi reges a regibusque prognati fuere, quamvis proximi sibi genere fuissent, majoribus tamen suis, nisi regum cognatis, aliquam verecundiam palam opponendi habuisse, satque ad rem duxisse si in numero novem a se prolato concluderentur, horum, ut generis sui, mentione facta (10). Adde his, quod et ipsum nomen regis parricidae flagitiisque obruti, cui Darius successerat, minus forsan accomodatum fuit ad id expressim, si regiae majestatis suae legitimitati firmandae, plenum superorum regum recensum repeteret, efferendum.

His positis, Scythica nihilominus sic dicta inscriptionis nostrae versio coaeva, ad sensum Rawlinsonii hoc loco accedere videtur signumque numerale τοῦ novem plane omittit, quae reputando, clariss. Spiegelius, quamvis ingeniosissimum Oppertii stemma apprime probet, nondum tamen, donec certiora afferentur, a doctissimo rerum Orientalium

indagatore recedendum existimat, alteramque hic potius ejusdem, sub specie signi, vocis (τοῦ navama) enunciationem admitti patitur. Et profecto, si gravissimum, inscriptionis nempe verba et signa, documentum spectes, certe signum τοῦ novem, continuo post vocem navama positum, nil nisi ideographica explicatio praecedentis ordinalis optimo quidem jure unicuique videri potest. Mox tamen subit quaestio, quid regi Dario opus esset unicae ejusmodi repetitionis in inscriptione, ubi tam saepe numeralia occurunt, semperque, quum signo exprimantur, vocabuli explicatione carent? Neque signum τοῦ novem pro scalpri lapsu, ullo modo, hic accipi potest, quum idem, inque pari orationis contextu, idque super ipsam regis imaginem (A), sit repetitum. Adde, quod nisi cardinalia in inscriptionibus nostris numeralibus signis, duobus distinctivis siglis (\) inclusis, nunquam vero literis, denotentur (quod saepissime usurpata forma raućabis post signum, dies mensium indicans, sat probari existimo), quum ordinales numeri duvitiya, tritiya, navama, semper literis, nunquam vero signis in eis proferantur; cardinale vero unus (\), absque subsequenti siglo substantivo suo conjunctum, semper indefiniti pronominis aliquis, quidam valorem depingit (conf. ex gr. 11, 16 et IV, 7, 10 et c.)

Quodque ad numeralis signi in Scythica loci nostri versione absentiam, facile haec, puto, multis etiam aliis, quum in Scythica, tum in Assyrica, e variis rationibus, a Persico πρωτοκόλλου obvenientibus discrepantiis, hodie absque ulla jam difficultate explicari potest, praesertim autem quum accurata Persarum regiae stirpis delineatio, ad legitimitatem novi eorum regis corroborandam, nisi Persarum interesse poterat, alias autem nationes minime Persicam ejus legitimitatem, ut victas, curare par erat, immo etiam e re forsan ipsius Darii erat ne eam omnino curarent.

Omnia, haec respiciendo, hic etiam (I, 4), sicut alibi, numerale signum pro cardinali, Latine vertendo, accepi, idque ad sequens, post vayam, substantivum ks̆âyt̆iyâ referendum censui, qua constructione vox duvitâtaranam accusativi determinativi partes agens enunciatumque ks̆âya-

ťiyâ amahy explanans, ad explicationem fere clariss. Oppertii, si quid video, evadit. Quibus acceptis, locutio ķšâyaťiyâ amahy, reges sumus, nil aliud nisi «e regia stirpe (i. e. ex qua reges oriebantur) prognati sumus» valet.

Tabula II.

1. Edicit Darius rex: Inde Naditabelus cum fidis *sibi* militibus[1] in Babylonem perrexit. Protinus ego [vestigia ejus scil. premendo] Babylonem perveni voluntateque Auramaşdae et Babylonem cepi, et istum Naditabelum cepi. Postea istum Naditabelum ego Babylone occidi.

2. Edicit Darius rex: Dum ego Babylone morarer, hae provinciae *sunt*, quae a me alienatae factae sunt [defecerunt]: Persis, Susiana, Media, Assyria, Armenia[2], Parthia, Margiana, Sattagydae, Sacae.

---

[1] Hadâ kamanaibis aśbâraibis. Rawl., Benf. et Opp. legunt aśbâraibis, Spieg. aśanbâraibis, Kernius aśabâraibis. Phoneticae rationes repugnant, ut recte mihi notasse Spiegelius videtur, vocabulum pro compos. ex aśpa et bâra accipere; Assyrica nihilominus versio, explicante Oppertio, et Scythica, secundum Norrisium, significationem equitum expressisse videtur. Secundum Spiegelium vox proprie significat projiciens lapidem (e funda scil.): utcumque sit, certe militem designat.

[2] In Scythica versione, legente Norrisio, respondens vox est Mutsaria, quod Aegyptum significaret. Quum tamen de seditionibus in Aegypto infra nil traditur, contra autem, Armenii, ut alii, qui defecerant, debellati, hique non sine magnis difficultatibus, in inscriptione nostra designantur,

3. Edicit Darius rex: Unus mortalis, Martiyas nomine, Sisikris filius [mortalis quidam fuit Martiyas nomine] — Kuganaka nomine oppidum *est* Persiae — ibi morabatur *ille*. Hic exsurrexit Susianae populo*que* sic locutus est: Ego Imanis sum, Susianae rex.

4. Tunc ego in-pergendo *contra eum* fui in Susianam [tunc ego in necessitate fui me contra illum accingendi proficiscendique in Susianam, omnia necessaria scil. ad proficiscendum in Susianam paravi). Inde a-me......[1] [perterriti] Susiani, *me timendo,* hunc Martiyam ceperunt, qui illorum princeps fuit, et-illum *ipsi* occiderunt.

5. Edicit Darius rex: Unus mortalis, Phraortes nomine, Medus, hic exsurrexit Mediae populo*que* sic locutus est: Ego 'Kšatrites sum, Cyaxaris stirpis. Inde populus Medicus, qui vicatim degebat[2] [haec Medorum pars, quae vicis continebatur,—omnes scil. Medi, exceptis his, qui partem exercitus Darii constituebant] a-me defecit, ad istum Phraorten transiit, hic*que* rex factus est Mediae.

---

lectio Armina recte, notante Spiegelio, pro genuina est accipienda.

[1] Post hacâma vocem deperditam Benfey supplet voce atarsa, ut sit: me extimuerunt Susiani istumque Martiyam ceperunt cet. Nomina propria hic, ut alias, sunt in num. sing.

[2] Voces vitâpatiy âha conjecturae Rawlinsonii debentur, quum quae in saxo fuerant evanuerunt. In Assyrica versione, ad Oppertii Hebraicam transcriptionem, est מלא אן בית, quod Rawlinsonius vertit quae se tenebant domi (scil. copiae Mediae), Opp.: quae non in domibus (qui ne demeure pas dans les maisons). Scythica versio a Norrisio redditur:

6. Edicit Darius rex: Populus Persicus et Medus, qui penes me erat [scil. exercitus meus e Persis et Medis constans] hic fidus mihi permansit. Inde ego exercitum misi. Hydarnes no-

---

who with me at home (sc. people Medians, — the Median forces which were at home with me). Si lectio Rawlinsonii est vera, mirum quam haec narratio de Persis et Medis qui vicatim degebant et de his qui penes Darium erant (hya upâ mâm âha, 6) confirmare mihi videntur quae nobis Xenophon de veterum Persarum institutis in I-mo praecipue Cyropaediae libro, quamvis opus, ut notum est, non sit omni ex parte historicum, veritati accommodatissima tradidit. Persae nempe, testante illo, e primoribus et plebe constasse videntur; primores autem (ὁμότιμοι) fuerunt qui idoneas facultates habebant ad portam regis, i. e. in metropoli, sub publicorum magistrorum tutela, sese educandi, ad hosque non solum militiae, sed omnia administrandi regni munera pertinebant, hique a Dario hya upâ mâm, i. e. proximi mihi, nuncupantur, quum ceteri, qui vitâpatiy etiam III, 5 designantur, talibus privilegiis destituti erant. Quum imperii instituta sub regimine Persarum eadem apud Persas et Medos sine dubio fuere, Darius de Persica plebe, Medorum solummodo nuncupata, e consilio hic siluisse videtur, quippe insurrectionem hanc propius illum tetigisse par erat; ideoque, nisi quum separatim jam cum Medis aliisque, postea ab eo subactis, nationibus, egerit, expressim gentem suam, ut alias devictas, non potuit quin nominasset (III, 6). Utcunque sit, voces kâra Pârsa utâ Mâda hya upâ mâm âha (6) luculentissime, mea quidem opinione, denotant non omnes etiam Persas Darium initio pro rege accepisse, vocesque (III, 5) duvitiyam — kâra Pârśa hya vitâpaity — haćâma hamitriya abava hic (5) de prima Persarum conjunctim cum Medis insurrectione agi me persuadent, de qua insurrectione nisi mentionem facere, nuncupata antea (2) inter defectrices nationes voce Pârśa, victori, ipsi Persae, ut videtur, sat fuit. Opinio mea, nisi admittas sub prima

mine *est* Persa, mihi subjectus: hunc-istorum [scil. Persici et Medici exercitus) imperatorem creavi, sic*que* eis edixi: Ite, istum populum quem Medum [istum Medorum populum] profligate, qui mei non dicitur [qui negat se mihi subjectum esse, qui imperium meum recusat]. Protinus hic Hydarnes cum exercitu *meo* perrexit. Quum in Mediam pervenerit—Marus[1] nomine *est* oppidum Mediae — ibi proelium fecit cum Medis. Qui in Medis princeps fuerat, hic tunc non..... sustinuit....[2] Auramaṣdas-mihi auxilium tulit voluntate*que* Auramaṣdae, exercitus, qui Hydarnis *fuerat*, illum exercitum quem alienatum [Persas et Medos, qui a me defecerant] superavit potenter. Anamaci mensis sexta die, tunc fuit ubi-eorum certamen factum *erat*. Deinde hic exercitus qui mei [qui pro me decertabat, meus] — Kampada nomine *est* regio Mediae—ibi me hactenus manebat donec ego advenissem Mediam.

Persarum insurrectione, quae necesse fuit, si de secunda, a Vahyaṣdâta conflata, l. c. refert, Darium Cometae regni usurpationem intelligere, tuto refelli potest; at Cometes, minime tumultus, ut notum, concitando, a Dario est occisus, ante regnum vero usurpatum non contra Darium, sed contra Cambysem, arma tulit. Tumultu hoc Persico-Medico, post occisum Magum, qui Medus, genere, fuit, secundo, Medi autonomiam suam restaurandi, immo etiam forsan et in Persico imperio hegemoniam assequendi periculum fecisse videntur.

[1] In archetypo Persico nisi ≻𐎶𐎼 extat. Reposui ad auctoritatem Scythicae et Assyriae versionum.

[2] Voces archetypi evanidae etiam in Assyrica versione desiderantur, neque versio Scythica eis intelligendis opem aliquam affert.

7. Edicit Darius rex: Inde Dadarsis nomine Armenius, mihi subjectus — hunc ego misi Armeniam, sic*que*-ei locutus sum: I, populus, qui alienatus *a me est* [qui a me descivit] — hunc devince. Protinus Dadarsis profectus est, ubi Armeniam*que* pervenit, inde defectores sese congregaverunt exierunt*que* contra Dadarsim certamen facere [ad certamen faciendum]...... [1] nomine vicus Armeniae: ibi proelium fecerunt. Auramaṣdas mihi auxilium tulit voluntate*que* Auramaṣdae exercitus qui mei [meus] istum exercitum quem alienatum [exercitum horum, qui a me defecerant] profligavit fortiter. Ṫuravahari mensis sexta [2] decima die, tunc fuit, quando-eorum proelium commissum erat.

8. Edicit Darius rex: In secundum [iterum] qui-a-me-defecerant sese congregaverunt iverunt*que* contra Dadarsim certamen facere [ad certamen faciendum]. Tigra nomine castellum *est* Armeniae: ibi proelium fecerunt. Auramaṣdas-mihi auxilium tulit voluntate*que* Auramaṣdae exercitus qui mei [meus] istum exercitum quem alienatum [exercitum horum, qui a me defecerant] profligavit fortiter [3]. Ṫuravahari mensis octava

[1] Deperditum in archetypo vici nomen in Scythica versione legitur, secundum Norrisium, Ṣutṣa; in Assyrica, secundum Rawl., Zuż, secundum Opp. Zuzu.

[2] In Scythica versione numerus huic respondens est 8.

[3] In Assyrica interpretatione subjungitur numerus occisorum et captorum Armeniorum, ad explicationem Oppertii, sequentibus: Occidit (sc. Dâdarsis) ex iis 540 et vivos prehendit 520 (il tua cinq cent quarante d'entre eux, et en prit vivants cinq cent vingt).

decima die, tunc fuit quando-eorum proelium commissum erat.

9. Edicit Darius rex. In tertium [tertium] qui-a-me-defecerant congregaverunt sese iveruntque contra Dadarsim ad-certamen faciendum. Uhyama [1] nomine *est* castellum Armeniae: ibi proelium fecerunt. Auramaṣdas-mihi auxilium tulit voluntate*que* Auramaṣdae exercitus qui mei [meus exercitus] istum exercitum quem *a me* alienatum [qui contra me arma tulerat] profligavit fortiter. Taigarćis. mensis nona die — tunc fuit ubi-eorum proelium factum *erat.* Inde Dadarsis me manebat..... [2] donec ego venissem in-Mediam.

10. Edicit Darius rex: Deinde—Omises nomine Persa mihi subjectus—hunc ego misi Armeniam sic*que*-ei dixi: I, exercitus, qui, *a me* alienatus, mei non dicit-se *esse,* hunc devince. Protinus Omises profectus est, quando*que* Armeniam venerat, inde defectores congregaverunt sese iveruntque contra Omisem ad certamen faciendum...... [3] nomine regio Assyriae — ibi proelium fecerunt. Auramaṣdas mihi auxilium praebuit voluntate*que* Auramaṣdae exercitus qui meus [meus exercitus] istum exercitum quem alienatum [qui e defectoribus meis constabat] concidit fortiter [4]. Anamaci

---

[1] In archetypo, post initialem desiderantur duae literae, quas in textu, ad Assyricae et Scythicae vocis probabilem formam reposui.

[2] Vox in archetypo nisi initialem literam *a* servavit. Oppertius putat hic excidisse Armaniyaiy.

[3] Deperdita vox in archetypo et in Assyrica versione, in Scythica, secundum Norrisium, legitur Atchitu.

[4] In Assyrica versione itidem refertur numerus occisorum

mensis quinta decima die—tunc fuit, ubi-eorum proelium factum *erat*.

11. Edicit Darius rex: Iterum defectores congregaverunt-se iveruntque contra Omisem ad certamen faciendum. Autiyara nomine regio *est* Armeniae—ibi proelium fecerunt. Auramaşdas-mihi auxilium tulit voluntateque Auramaşdae exercitus qui meus [meus exercitus] istum exercitum quem defectorem [exercitum defectorum mei] concidit fortiter[1]. Turavahari mensis......[2] ad, ubi eorum certamen factum erat. Inde Omises hactenus me manebat Armeniae usquedum venerim in-Mediam.

---

et captornm Armeniensium, terrori ut apparet, injiciendo alienigenis, si rebellare voluissent, quod in archetypo Persico supervacaneum esset. Enunciatum, ad Assyr. versionem, auctore Oppertio, decurrit sequentibus: par la grâce d'Ormuzd mon armée défit les rebelles le trentième jour du deuxième mois: elle en tua deux mille quarante-cinq, et en prit vivants cinq cent cinquante-neuf.—Notatu dignum Dâdarsim, Armenium genere, quamvis tribus proeliis populares suos superavisse in inscriptione nostra traditur, non tamen parem fuisse suos populares in Darii ditionem redigere, qui nisi alio, Persa genere, imperatore, penitus subacti esse potuerunt. Parvus a Dâdarsi popularium occisorum et captorum numerus, si cum occisis et captis a Persa Vaumise Armeniis comparetur, leniter illum egisse prodit, quae forsan etiam e Darii mente erat notare, numerum occisorum et captorum a Dâdarsi utique alienigenis adducendo, simul etiam forsan ne defector regis ab aliquo judiceretur.

[1] In Scythica versione vox, quae archetypi mancae respondere videtur, vertitur a Norrisio: at end (circa finem).

[2] In Assyrica versione additur, vertente Oppertio: occidit ex iis 2024 (tua mille vingt-quatre d'entre eux).

12. Edicit Darius rex: Inde ego exii: ex Babylone perrexi Mediam. Quum Mediam veni — Kudurus nomine oppidum Mediae *est* — illuc iste Phraortes, qui Mediae regem se-nominabat, ivit cum exercitu contra me ad-certamen faciendum. Inde proelium confecimus. Auramaṣdas-mihi praesidium tulit voluntate*que* Auramaṣdae exercitum quem Phraortis [qui Phraorti parebat] ego concidi fortiter. Adukanis mensis vigesima sexta die, tunc fuit ubi certamen fecimus.

13. Edicit Darius rex: Postea Phraortes cum fidis-sibi militibus inde — Raga nomine regio *est* Mediae — huc perrexit protinus*que* ego exercitum misi eos-contra [contra eos]: Phraortes captus est *et* adductus ad me, ego*que*-ei et nasum et....[1] abscidi et ejus...m duxi [2]. Inde ego *illum* Ecbatanis crucem-ad [ad crucem] *affigendum* feci; et mortales, qui-ejus principes asseclae fuerant, hos Ecbatanis in-vincula conjeci.

14. Edicit Darius rex: Unus mortalis, Ćitrataǩmas nomine, Sagartinus — hic-mihi defector extitit populo*que* sic dixit: Ego rex sum Sagartidis, Cyaxaris stirpis. Protinus ego exercitum Persicum et Medum misi. Taǩmaśpadas nomine mihi subjectus — hunc-eorum [exercitus scil. Persico Medici]

---

[1] In archetypo Persico mancum initium vocis âvam, Oppertius, ad analogiam Sendicae hiṣva, explet syllaba iṣ, ut sit iṣâvam, linguam.

[2] Secundum Oppertium, avaǵam = Sanscr. avaham. Ich weiss nichts Besseres vorzuschlagen, verba sunt Spiegelii, obgleich mir das Wort in diesem Sinne nicht ganz gefällt, qui meus etiam sensus est, quum vox sine augmento accipienda esset.

imperatorem feci sic*que*-eis dixi: Ite, exercitum quem defectorem [e hominibus, qui mihi defecerant, conflatum], qui mei *exercitum* non se-nominat, hunc concidite. Inde Takmaśpadas cum exercitu profectus est certamen*que* fecit cum Ćitratakma. Auramaṣdas mihi auxilium tulit voluntate*que*. Auramaṣdae exercitus qui mei [meus exercitus] istum exercitum quem defectorem [qui mihi defecerat] concidit, et Ćitrakmam cepit duxit*que* ad me. Inde-ei ego et nasum, et aures abscidi et ejus.... duxi. Ad portam mei vinctus tenebatur; omnis eum populus vidit. Postea-eum Arbelis cruci-affigendum feci.

15. Edicit Darius rex: Hoc *est* quod a-me factum est Mediae.

16. Edicit Darius rex: Parthi et Hyrcanii ...... Phraortis... se esse declaraverant. Hystaspes mei pater ... exiit postea Hystaspes ... *ejus* amici ... exercitus ... nomine oppidum ... ibi certamen fecerant ....: ubi-eorum proelium factum erat [1].

---

[1] Quum ultimus tabulae §-phus in versione Assyrica etiam magis ac Persicus archetypus mancus sit, in Scythica autem integer remansit, placet hic illum, ut a Norrisio Anglice est redditus, opponere, eique versionem Gallicam, ad Assyrica fragmenta ab Oppertio concinnatam, subjungere.

And says Darius the king: — The Parthians and Hyrcanians revolting against me, declared for Phraortes. Hystaspes, my father, *was in Parthia;* the people *forsaking him,* rose in rebellion against him, and then Hystaspes marched forth with his army; at Hyspaozatis, a town of Parthia, there he fought the battle against the rebels. Ormazd brought help to me; by the grace of Ormazd, Hystaspes entirely defeated the rebel army; on the 22nd

day of the month of Viyakhna, there it was the battle was thus fought by them.

Darius le grand roi dit: Les contrées nommées Parthie et Hyrcanie se revoltèrent contre moi: elles se déclarèrent pour Phraortès. Et Hystaspe, mon père, résidait en Parthie, [le peuple lui devint ennemi et se révolta. A la ville nommée Hyspaozatis, en Parthie, les rebelles livrèrent la bataille]. Ormuzd me soutint: par la grâce d'Ormuzd Hystaspe défit ces rebelles. Le vingt-deuxième jour du douzième mois, ils livrèrent le combat. Ensuite le pays fut à moi. C'est ce que je fis en Parthie.

Tabula III.

1. Edicit Darius rex: Deinde ego exercitum Persicum misi ad Hystaspem ex Râga. Quum hic exercitus pervênit ad Hystaspem, inde Hystaspes, accepto isto exercitu, perrexit *ad dimicandum cum hostibus*. Patigrabana nomine *est* oppidum Parthiae — ibi Hystaspes certamen fecerat cum defectoribus. Auramaṣdas mihi auxilium tulit voluntate*que* Auramaṣdae Hystaspes hunc exercitum quem defectorem [qui partes Phraortis tuitus erat] concidit fortiter. Garmapadis mensis prima die, tunc fuit ubi-eorum certamen factum erat[1].

2. Edicit Darius rex: Inde provincia [scil. Parthorum regnum] mei facta est. Hoc *est*, quod a me factum erat Parthiae.

---

[1] In Assyrica versione, secundum Opp., §-phus decurrit sequentibus: Le premier jour du cinquème mois, ils livrèrent la bataille; il tua six mille cinq cent soixante d'entre eux, il en prit vifs quatre mille cent quatre-vingt-douze. Conf. annot. ad. 10-mum §-um tabulae II-dae.

3. Edicit Darius rex: Margiana nomine *est* regio: haec *etiam* contumax mihi facta est [defecit mihi]. Unus mortalis Phraates nomine *fuit*, Margianus: hunc imperatorem fecerunt. Protinus ego misi — Dadarsis nomine Persa mihi subjectus, Bactrianae satraps — contra eum [i. e. misi Dadarsim contra Phraatem] sic*que* ei dixi: I, istum populum devince, qui mei non se-nominat [qui me regem suum non agnoscit]. Protinus Dadarsis cum exercitu profectus est certamen*que* fecit cum Margianis. Auramaṣdas mihi auxilium tulit voluntate*que* Auramaṣdae exercitus qui meus [meus exercitus] istum exercitum quem defectorem [qui mihi defecerat] concidit fortiter. Atriyadis mensis vigesima tertia die, tunc fuit ubi-eorum proelium factum erat[1].

4. Edicit Darius rex: Inde provincia [scil. Margiana] mea facta est. Hoc *est* quod a me factum erat Bactrianae.

5. Edicit Darius rex: Unus mortalis Vahyaṣdates nomine — Tarava nomine *est* oppidum, Yutii nomine regio Persiae — ibi hic [Vahyaṣdates] manebat. Hic secundum [post Gaumâtem Magum, vel Medico-Persicum tumultum][2] contra me exsurrexit Persiae populo*que* sic dixit: Ego Smerdis sum qui Cyri filius [in quo filium Cyri agnoscere debetis]. Exinde populus Persicus qui vicatim [omnis haec Persarum pars quae per

---

[1] §-phus finitur in Assyrica versione, secundum Oppertium, sequentibus: il tua quatre mille-cent trois d'entre eux, et en prit vifs six mille cinq cent soixante deux.

[2] Vide annot. ad §-um 5-m tabulae II-dae.

vicos degebat] ab officio delusa est [1] isteque ad hunc Vahya datem transiit: hic rex factus est Persiae.

6. Edicit Darius rex: Inde ego exercitum Persicum et Medum misi, qui sub me fuit [2] [qui ad gentes, quae administrando regno vacabant, pertinebat]. Artavardiyas nomine Persa mihi subjectus—hunc-eorum [scil. exercitus Persarum et Medorum] imperatorem feci, qui *nempe* alius exercitus Persicus post me [scil. me sequendo, se mihi fidum praebendo] venerat in Mediam. [Feci Artavardiyam imperatorem Persarum et Medorum, nempe alius Persici exercitus, i. e. qui non Vahyaṣdatae, sed meas partes erat secutus in Mediamque ad me se receperat]. Inde Artavardiyas, *meo jussu*, cum exercitu perrexit Persiam; quum *autem* Persiam pervenit — Raka nomine *est* oppidum Persiae — ibi iste Vahyaṣdates,

---

[1] Kâra Pârśa hya viťâpatiy haćâ yadâyâ fratarta hauv haćâma hamitriya abava. Rawl.: tum copiae Persicae quae domi(?) erant à societate (mecum) remotae (?) illae a me rebelles fiebant (Then the Persian forces, which were at home being removed (?) from connexion with me, they revolted against me); Benf.: drauf verliess das persische Heer, welches daheim war, die Ehrfurcht gegen mich; Opp.: Ensuite le peuple perse, qui dans son pays était détourné de la piété, me devint rebelle, 1851. (Alors les Perses qui n'ont pas de maisons vinrent de la plaine. Ils firent défection de moi, 1859); Spieg.: Darauf verliess das persiche Volk, das in den Clanen war, die Weideplätze(?). — Datam in mea versione significationem vocis yadâ, ad r. yaṣ—yaǵ, ad quam et Spiegelius eam refert, reduxi. Quod ad fratarta, voci significationem Sanscritae târ (tṝ) cum praep. pra dedi.

[2] Vide annot. ad §-um 5-m tabulae II-dae.

qui Smerdim se nominabat, ivit cum exercitu contra Artavardiyam ad certamen faciendum. Protinus proelium conseruerunt. Auramaşdas-mihi auxilium tulit voluntate*que* Auramaşdae exercitus qui meus [meus exercitus] istum exercitum quem Vahyaşdatae [qui Vahyaşdatae partes erat amplexus] concidit fortiter. Turavahari mensis duodecima die, tunc fuit, ubi-eorum proelium confectum erat.

7. Edicit Darius rex: Hic Vahyaşdates cum fidis-sibi militibus inde [i. e. e Rakâ] venit in Pisiyauvadam, ex*que*-hoc-loco exercitu sumpto, denuo ivit contra Artavardiyam ad certamen faciendum. Paraga nomine mons est — ibi certamen perfecerunt. Auramaşdas-mihi auxilium contulit voluntate*que* Auramaşdae exercitus qui mei [meus exercitus] istum exercitum quem Vahyaşdatis [qui Vahyaşdatem sequebatur] concidit fortiter. Garmapadis mensis sexta die, tunc fuit, ubi-eorum proelium factum erat atque hunc Vahyaşdatem *milites mei* ceperunt et mortales, qui ejus principes asseclae fuerant, ceperunt.

8. Edicit Darius rex: Deinde ego hunc Vahyaşdatem et mortales, qui-ejus principes asseclae fuerant — Huvadaidaya nomine *est* oppidum Persiae: ibi-eos cruci affixos feci.

9. Edicit Darius rex: Iste Vahyaşdates, qui Smerdim se nominabat, hic exercitum *etiam* Arachosiam miserat — Hyanes nomine Persa mihi subjectus, Arachosiae Satrapa — contra hunc [scil. contra Hyanem], atque-eis [i. e. misso in Arachosiam exercitui] unum mortalem imperatorem praefecit sic*que*-iis edixit: Ite, Hyanem conci-

dite atque hunc exercitum qui *Arachosiae* Darii regis se nominat. Inde iste exercitus perrexit, quem Vahyaṣdates miserat contra Hyanem, ad certamen faciendum. Kapisakanis nomine est castellum: ibi proelium fecerunt voluntate*que* Auramaṣdae exercitus qui mei [meus exercitus] istum exercitum quem defectorem [qui e defectoribus meis constabat] concidit fortiter. Anamaci mensis tertia decima die, tunc fuerat, ubi-eorum certamen erat factum.

10. Edicit Darius rex: In secundum [iterum] defectores sese congregaverunt exierunt*que* contra Hyanem ad certamen faciendum. Gandutava nomine est regio [Arachosiae]—ibi certamen fecerunt. Auramaṣdas-mihi auxilium praebuit voluntate*que* Auramaṣdae exercitus qui meus [meus exercitus] istum exercitum quem defectorem [qui e defectoribus constabat] concidit fortiter. Viyakni mensis septima die, tunc fuit ubi-eorum proelium erat factum.

11. Edicit Darius rex: Inde iste mortalis, qui hujus exercitus imperator fuit, quem Vahyaṣdates miserat adversus Hyanem, iste imperator cum fidis-sibi mortalibus exiit. Arsada nomine *est* castellum Arachosiae: inde [e castello], *excursione facta,* exiit *ille* [scil. defectorum dux]. Protinus Hyanes cum *suo* exercitu, vestigia-eorum-premendo, eos persequebatur ibi*que* illum coeperat, atque mortales, qui ejus principes asseclae fuerunt, occiderat.

12. Edicit Darius rex: Inde provincia mea facta est. Hoc est, quod a me factum erat Arachosiae.

13. Edicit Darius rex: Dum *vero* ego Persiae et Mediae morarer, in secundum [iterum] Babylonii defectores facti sunt a-me. Unus mortalis, Arakus nomine, hic *contra me* exsurrexit Babyloniae. Dubana nomine est regio: ab hoc-loco [istinc] ille exsurrexit sic*que* mentitus est: Ego Nabuchodonosor sum qui Nabuniti filius [qui patrem Nabunitum habeo]. Inde Babylonii a-me defectores fuerunt [defecerunt] ad istum*que* Arakum transierunt. Babylonem hic cepit hic*que* rex factus est Babyloniae.

14. Edicit Darius rex: Protinus ego exercitum misi in-Babyloniam. Intraphres nomine Medus mihi subjectus — hunc imperatorem feci sic*que* [Intaphrae scil. et exercitui] dixi: Ite, istum exercitum quem in Babylonia [τὸν ἐν Βαβυλωνίᾳ] concidite, qui mei *exercitum* non se nominat. Protinus Intaphres cum exercitu profectus est in-Babyloniam. Auramaṣdas mihi auxilium praebuit voluntate*que* Auramaṣdae Intaphres Babylonem cepit ..... mensis secunda die tunc fuit ..... [1].

[1] Finis tabulae in Assyrica versione desideratur, in Scythica, nisi una voce excepta, remansit excurritque, in Norrisii explicatione, sequentibus: by the grace of Ormazd, Intaphres took Babylon; he completely defeated the army, on the 22nd day of the month *of Markazana, then Aracus, who said, «I am Nabochodrossor», was seized, and, together with those who were his principal followers, was chained and crucified. Aracus, and the men who were his chief followers, were put to death by me in Babylon.*

Tabula IV.

1. Edicit Darius rex: Hoc *est,* quod a-me factum-erat Babyloniae.

2. Edicit Darius rex: Hoc, quod ego perfeci, voluntate Auramaṣdae factum erat omni ex-parte[1] [omnino]. Inde ex quo reges *mihi* rebelles fuerunt, ego undeviginti proelia feci. Voluntate Auramaṣdae ego-illorum [copias] delevi atque novem reges cepi. Unus [eorum] Cometes nomine Magus fuit; hic mentitus est, sic *enim* dicebat: Eo Smerdis sum Cyri filius. Iste Persiam *mihi* defectricem fecit. Unus Atrinus nomine. Susianae hic mentitus est, sic enim dicebat: Ego rex sum Susianae. Iste Susianam defectricem fecit mihi. Unus Naditabirus nomine, Babylonius. Hic *etiam* mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego Nabuchodonosor sum qui Nabuniti filius. Hic Babyloniam

---

[1] Rawl.: hamahyâyâ thrada, totius perfectio (By the grace of Ormazd, have I done every thing, (Lit. «Has been the performance of the whole»); Benf.: Durch die Gnade des Auramasdâ war die Ausführung der Gesammtheit; Opp.: (hamahyâyâ tharda): c'est ce que j'ai fait par la volonté d'Ormazd dans toute ma vie; dans toute l'année, toujours. Sp.: Das was ich that, das geschah durch die Gnade Auramazdas in aller Weise. Voces, cum Oppertio et Spiegelio, pro genitivis accipio. Possunt significare vel omni tempore, semper, si tard ad Sanscr. ṡarad (quod proprie est autumnus et metapharice annus), vel in omni rerum facie, omni ex parte, si ad Sendicum ṡarĕd'a, species, genus, referas. In mea versione secutus sum explicationem clariss. Spiegelii. Quod ad summam rei, vel ad hanc, vel ad alteram explicandi rationem, locutionis sensus idem fere evadit, quum saepius occurrentes voces in omni occasione, omnino, significare videntur.

defectricem fecit. Unus Martiyas nomine Persa. Hic mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego Imanis sum Susianae rex. Iste Susianam *iterum* defectricem fecit. Unus Phraortes nomine Medus. Hic mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego 'Kšatrites sum, Cyaxaris stirpis; iste Mediam defectricem fecit. Unus Čitratakmas nomine Sagartinus. Hic mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego rex sum Sagartiae, Cyaxaris stirpis. Iste Sagartiyam defectricem fecit. Unus Phraates nomine Margianus. Hic mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego rex *sum* Margianae. Iste Margianam defectricem fecit. Unus Vahyasdates nomine Persa. Hic mentitus est, sic *enim* dicebat *etiam ille:* Ego Smerdis sum qui Cyri filius [qui Cyrum patrem habeo]. Iste Persiam *iterum* defectricem fecit. Unus Arakus nomine, Armenius. Hic mentitus est; sic *enim* dicebat: Ego Nabuchodonosor sum qui Nabuniti filius [qui Nabunitum patrem habui]. Iste Babyloniam *iterum* defectricem fecit.

3. Edicit Darius rex: Hos novem reges ego cepi intra ista proelia.

4. Edicit Darius rex: Provinciae hae, quae defectrices factae erant, falsi-studium-has....[1] perfecit, quod hi populum fefellerunt. Inde hos Auramasdas meis manibus tradidit, sicut*que* me arbitrium *ferebat,* ita...

5. Edicit Darius rex: Tu quisquis rex qui posthac *imperans* eris [qui regnabis Persiae], a

---

[1] Elapsam vocem, cujus finis yâ, sive dâ, remansit, clariss. Spiegelius putat τὸ hamitriyâ esse.

fallacia omni-contentione te custodi [1]. Mortalis, qui fallax fuerit, in hunc inquisitius inquire [2], si *modo* sic putas [si tibi est in mente, si tibi cordi est], *ut* regio-mei [imperium scil. Persicum] integrum [validum] permaneat.

6. Edicit Darius rex. Hoc, quod ego perfeci, ex-voluntate Auramaşdae omni-ex parte [3] perfeci. Tu *ergo*, quisquis *fueris*, qui posthac has literas perquires, quod a-me factum *erat*, *ut tale*, renuncient tibi [scil. in his literis nisi verissimorum factorum renunciationem videas], neque *in his* quidquam falsum facias [minimeque his aliquam speciem falsi tribuas].

7. Edicit Darius rex: Auramaşdas-mihi [4] *tes-*

---

[1] Haćâ draugâ darsam . patipayauvâ. Interpretes innituntur moribus veterum Persarum, apud quos omne mendacium, ut Herodotus et Xenophon tradunt, pro flagitio existimabatur, inque publicis scholis juvenes, ante omnia, τῷ ἀληθεύειν dare eximiam operam tenebantur. Hic tamen, non ethicis, sed politicis potius rationibus habitis, Darium puto regibus, penes quos rerum Persicarum summum moderamen futurum fuisset, consulere, ut a fraude et fallaciis praecipue caveant, quum ipse, postquam per omne paene imperium Persicum caput fraudatores tollerent, tot certamina contra eos subeunda, tot labores exantlandos, antequam hos debellasset, habuisset, in hoc vero auxilium Auramaşdae nactus esset, quod ipse, pro imperii Persici integritate, utque legitimus rex, justissime contenderet.

[2] J. Oppertius, ad Assyr. interpretationem: homo qui mendax est eum examinandum examina. Conf. annot. ad 8 §-um tab. I-mae.

[3] Opp.: en toute époque.

[4] Prima vocis litera, ut in archetypo restitit, etiam *t* legi possit. Sensus esset: Auramaşdaş testis tibi sit—, quod redit ad idem. Lectio taiyiya, ceterum, melius forsan

tis est, ut istum relatum non falsum ego feci omni ex-parte [Deum testem mihi facio in hac rerum gestarum expositione nil falsi adjecisse, omniaque quae retuli verissima esse, quacunque ex parte respicias].

8. Edicit Darius rex: Voluntate Auramasdae quod-a-me *etiam* aliud-quoddam [alia quaedam —] fortiter est gestum [Dei auspiciis et voluntate quae etiam alia a me sunt strenue et fortiter peracta], istud in-hac tabula [in his tabulis] non est inscriptum [memoriae proditum]; ea*que* ratione non *est hoc* inscriptum, ne-forte qui posthac [seriorum posterorum] istas tabulas inspiciet, anteriora *his* [scil. facta ab aliis ante me]... *cum meis comparando,* quod a-me factum certissimum renunciaret [sc. tabula, — quae literis his certissima renunciarentur] id, *prae jam incredibili rerum gestarum miraculo et mole,* effícta putet [ideoque, vel inconsulto, me, quod veto et arceo, falsi crimenetur] [1].

---

cum sensu apostrophae hujus et subsequentium §§-orum quadrat. Conf. annot. ad §-um 8.

[1] Totus hic §-phus a clariss. interpretibus redditus est sequentibus: Rawl.: Gratiâ Oromasdis quod à me aliud multum est factum, id in hac tabulâ non scriptum (est), eâ ratione non scriptum (est), ne qui posthac hanc tabulam perquirat, ei multum opus quod à me factum non hic [i. e. alicubi] videatur falso in memoriâ proditum (?) (By the grace of Ormazd, there is much else that has been done by me, that upon this tablet has not been inscribed. On that account it has not been inscribed, lest he who may herafter peruse this tablet, to him the many deeds that have been done by me elsewhere, it should seem (that) they are falsely recorded (?); Benf.: Was von mir durch die Gnade

9. Edicit Darius rex: Qui anteriores reges... ab iis non erat factum, ut a-me, voluntate Auramasdae, omni ex-parte, peractum [res ab anterioribus regibus gestae minime sunt comparandae his, quae, Deo omnino juvante, ego perfeci.

10. Edicit Darius rex: ... tibi renunciet quod a me factum sic ... ergo ne latere-patiaris. Si hoc relatum non patieris-latere [non patieris scil., ut, monumentariis literis inclusum, a multitudinis intelligentia remotum maneat] populoque illud explicari curabis, Auramasdas-tibi propitius

---

des Auramazda andres mehreres gethan, das ist nicht in dieser Tafel ausgehauen, dass nicht, wer dieses in Zukunft liest, viel davon (auslässt) es recht hier bewahrt für falsch erzählt hält; Opp.: Beaucoup d'autres exploits que j'ai faits par la grâce d'Ormazd ne sont pas inserits dans cette table. Ils ne sont pas inscrits par cette raison que celui qui plus tard consulterait ce monument...; Spieg.: Durch die Gnade Auramazdas ist auch noch vieles Andere von mir gethan worden was nicht in dieser Inschrift geschrieben steht, deswegen ist es nicht geschrieben worden, damit nicht der, welcher später diese Inschrift liest ..... für Lüge halte. — Mihi difficultatem praecipuam §-phi vox maniyâhy efficit, quam 2-dam personam praes sing. conj. tum grammatica ejus forma, tum alia loca (8, —I, 3, NRa, 3) esse certissime evincunt, subjectum tamen, quod nisi in hya aparam imâm dipim patiparŝâtiy, mea quidem sententia esse potest, 3-am personam, dum sit 2-da, denotans habeat. Difficultas nihilominus aliqua ex parte scindetur, si animo attendas, totum §-phum λογικῶς continuationem esse apostrophae quae in praecedenti 6-to est expressa (tuvm kâ hya aparam), scriptoremque, labente stilo, ἀνακόλουθον hic admisisse, cujus simillimis, ut notum, scâtent Sendici, praecipue antiquiores, libri. — Nisam, sive nisma, in versione mea, ad orationis mihi probabilissimum contextum, expressi.

esto, et-tua stirps in-fortitudine permaneat [sitque stirps tua fortis], et longum vive.

11. Edicit Darius rex: Si hoc relatum laterepatieris neque explicari-curabis populo, Auramaṣdas-tui peremptor fiat, et-tua stirps ne existat [pereat].

12. Edicit Darius rex: Hoc, quod ego perfeci, omnino voluntate Auramaṣdae perfeci, Auramaṣdas*que* mihi *in his perficiendis* auxilium praebuit atque alii dei[1] qui sunt[2].

---

[1] Conf. Homericum θεοὶ αἰὲν ἐόντες.

[2] Nota hic primum deos, post Auramaṣdam, nuncupari, quorum mentio rarissime in antiquioribus, in posterioribus vero inscriptionibus etiam Mitra et Anahita (Artax. Mn. S. et Artax. Ochi, P.) occurrunt, quod, si animum attendes Achaemenidas in universum creatorem caeli et terrae (vide omnes fere reliquas Darii et Xerxis inscriptiones), omnis videlicet rerum naturae coluisse, neque de mali genio usquam in iisdem inscriptionibus mentionem fieri, non potest id nisi luculentissimum, puto, documentum esse eos religionem, quam in Ṣaratustricis gâtis expressam habemus, professos fuisse, credidisseque Deum creatorem et moderatorem esse universi et hominis, neque a rerum natura, ut quae opera sua extitit ad voluntatemque ejus existit, vel minime dependere, sub diis vero sublimiores creaturas, itidem a Deo unico, ut et ipsum hominem, creatas, intellexisse, quales etiam seriores Avestae partes Mitram depingunt, qualisque religio etiam nunc, quamvis externis ritibus atque cerimoniis tamdiu praevalentibus, in Parsorum conscientia, ut notum, conservata remansit. Adde, quod etiam gentilium deorum in una Darii inscriptione (nempe Persepolitana H.) fit mentio; sed quum nominatim hos, atque alios, non adducit, parvi utique momenti, coram omnium rerum et ipsorum creatore, Auramaṣda, hos apud veteres Persas fuisse par est. Nullum igitur dubium, his equidem bene perpensis,

13. Edicit Darius rex: Idcirco Auramaṣdas auxilium mihi praebuit et alii dei [1] qui sunt, quia

existimo, dualismum, quem in Avesta extra gâtas invenimus, jam sub finem Achaemenidarum regni, vel etiam forsan post Achaemenidas, in sacrum Airyorum codicem ex India (conf. ex gr. mythos de Suris et Asuris) vel alicunde irrepsisse; apud Achaemenidas autem vividiorem vere Saratustrici numinis notionem viguisse mihi etiam hoc, quod, quum compositum summi numinis nomen, in Xerxis inscriptione (C a, 3), separatim declinetur (Aurahya Maṣdâha), istoque archaismo profecto adeo appellativam ejus, ad Saratustricam doctrinam, significationem se intelligentem Xerxem prodiderit, certissimum apparet.

[1] Nuncupatio Dei cum sublimiori a se creatarum intelligentiarum comitatu hic praecipue ad augendam Darii orationis vim est adaptata, quum in sequentibus regum potentissimus et felicissimus ad animi sui solemnem confessionem transit, simplicissimaque concisione exponendo quibus nempe artibus summi numinis omni ex parte quasi visibile praesidium meruit, se posteris suis, ut exemplum normae et rationis agendi, ad eandem numinis gratiam promerendam, proponit. Minime haec contraria esse iis quae de Dario a Graecis scriptoribus referuntur, in subsequenti annot. admonui. In Scythica versione Auramaṣdas hic deus Ariae, et bagaibis dei aliarum gentium, ad Norrisii fidem, interpretantur. Jam in Dec. Ṣend. excerptis (vide praef. p. IV et annot. p. V; conf. annot. ad Mitrae yaṡtum p. 105) et praecipue explicatis a me gâtis probatum esse puto religionem Maṣdaicam (quae, ut liquet, et Darii est; vide annot. ad §-um 12) minime e populari Aryorum cultu originem duxisse, populoque Iranico, qui dêvos cum Indis colebat, a nescio quo sublimiore, Saratustras qui cluet, ingenio insitam esse; quod tamen minime alienigenis Auramaṣdam pro peculiari et quasi proprio Aryorum deo tenere prohibebat, quae alienigenarum opinio, quum ipsi Auramaṣdam non agnoscerent, necessario, Persis nil detractans, in Scythica versione, forsitan etiam consulto, est expressa.

non *alicui* infensus fui, neque mendax fui, neque injuriosus fui, ...[1] *neque ego, neque* mea gens ...[2] qui adjuvabat meos gentiles [meam gentem, stirpem], hunc piissime curabam, qui vero ... in istum severissime inquirebam.

14. Edicit Darius rex: Tu, quisquis rex qui posthac fueris, mortalis qui falsus sit, qui-ve .. sit, huic ne .. in hunc ...[3] inquire.

15. Edicit Darius rex: Tu, quicunque *fueris*, qui post istas tabulas inspecturus sis, quas ego

---

[1] Talem Darium revera fuisse, Herodotus et Aelianus (Var. hist., IV, 5; VI, 14), qui nullam certe causam, Persarum regi plus quam par erat favere habuerunt, luculentissime testantur. Conf. locos citatos a J. C. F. Baehrio praecipue ad Her. VI, 30. (Her. Hal. Musae III, 140, 160, IV, 143; V, 11; VI, 30; VII, 194).

[2] Voces neque ego, neque gens mea supplentur ex Assyrica, secundum Rawlinsonium et Oppertium, versione, quae etiam Scythica, ad Norrisii fidem, confirmatur. Quae sequuntur: upariy abastâm upariy mâm naiy sakaurim, leguntur, secundum Oppertium: upariy abistâm upariy yamâm naiy skurim [akunavam], qui voces, Assyrico textu innitendo, vertit sequentibus: super usum, super jus, non infractionem feci, totamque phrasin sic Gallice reddit: je n'ai pas commis de violences, ni moi, ni ma race, j'ai gouverné selon les lois, je n'ai pas péché contre les coutumes et les droits (p. 234). Voces huvatam zura akunavam, quas in versione non expressi, forsan significant: non existentium injuriam feci, i. e. nulli existenti (nulli bonae, quod forsan elapsum, creaturae) malum feci.

[3] Omissa in versione vox ahifrastâdiy, elapsa praecedente, mihi desperata videtur. Secundum Spiegelium locativus thematis in tâd (ad analogiam Sanscriti et Ṣendici in tât) esse potest, cum propria significatione supplicium ense (ahi=asi?), i. e. ultimum supplicium.

literis-instructas-feci, hasve effigies, ne *haec* laedi-patiare: usque dum vivas, haec ita [ut sunt] conservari-cura [cura, ut incolumia serventur].

16. Edicit Darius rex: Si has tabulas inspecturus sis, hasve imagines, neque haec laedi-patieris, atque-mihi, dum stirps *tua* permaneat,[1] curabis-conservandas-eas, Auramaṣdas-tibi propitius sit, atque tua stirps in fortitudine sit[2] [permaneat fortis], atque longum vive, quae*que* perficienda-volueris, haec-tibi Auramaṣdas ... precibus-tuis-respondentia-efficiat.

17. Edicit Darius rex: Si *vero* has tabulas, hasve imagines inspicies *et* laedi-patieris-has, atque-mihi, dum stirps *tua* permaneat[3], non-haec conservari-curaveris, Auramaṣdas-tui peremptor

---

[1] Hic et infra (17) voces yâvâ taumâ ahatiy, usque dum stirps tua permaneat, idem fere significare videntur, ac si Darius dixisset: per stirpem tuam obsecro. Praecedens tamen pronomen maiy etiam sub taumâ, si directe minimeque pronomen 2-dae pers. subintelligendo vocem ad ahatiy referas, Darium posteros suos intellexisse haud plane aspernandam conjecturam suggerit, ut sit dictum ab illo in universum: reges, posteri mei, dum mea stirps, i. e. vos in terris vigebitis, servandas curate has inscriptiones.

[2] Utâtaiy taumâ vaśaiy biyâ. Rawl. Et tibi proles numerosa sit (and may thy offspring be numerous); Benf.: und dein Stamm möge sich vermehren; Opp.: et que ta race soit puissante, 1851, — qu'Ormuzd te bénisse, qu'il étende ta race, 1859); Spieg.: deine Familie möge viel sein. Quod ad me, in versione mea, significationem τοῦ vaśaiy, si vocem cum Kernio ad vaśa, sive vaśiy, si cum Spiegelio ad vaś referas, strictius e valore rad. vaś, ut in anteriore versione sua Oppertius fecit, deducendam putavi.

[3] Conf. praec. annot.

sit, atque-tua-stirps ne existat[1] *amplius*, et quae perficienda-volueris, haec-tibi Auramaṣdas subvertat.

18. Edicit Darius rex: Hi *sunt* mortales, qui tunc ḥic [i. e. in imperio meo, mihi ad manus, praesto] fuerant, quando ego Cometem quem Magum [qui Magus fuit] occidi, qui Smerdim se nominabat; tunc hi mortales adjuvabant *me*, amici mei: Intaphernes nomine, Vayaśpari filius, Persa; Otanes nomine, Ṫukri filius, Persa; Gobryas nomine, Mardonii filius, Persa; Hydarnes nomine, Bagabigni filius, Persa; Megabyzus nomine, Daduhi filius, Persa; Ardumanis nomine, Vahuci filius, Persa.

19. Edicit Darius rex: Tu quicunque rex, qui posthac fueris, quae-me ... quod Darius ... feci[2].

---

[1] Rawl.: et tibi proles non sit (and mayest thou be childless); Benf.: dein Stamm vergehe!; Opp.: et ta race ne vivra pas, 1851, — que tu n'élèves pas tes enfants, 1859; Spieg.: deine Familie möge zu nichte werden. Conf. annot. ad §-um 16.

[2] Quum finis tabulae in Persico archetypo desideratur, in Assyrica versione partim, in Scythica autem integer remansit, liceat hic, lectorum commodo, has in clarissimorum virorum, Oppertii et Norrisii, interpretationibus apponere:

Ad versionem Assyricam:

[Toi, qui seras roi après moi, soutiens les hommes de la valeur de ceux qui furent avec le roi Darius, et par l'assistance desquels je fis de telles choses,] de tels hommes, soutiens les toujours!

Tabula V.

(Supplementaria)[1].

1. Edicit Darius rex: Hoc *est*, quod ego feci ... Provincia haec *etenim tertium* a-me descivit, unus*que* fuit mortalis .. imaimis nomine, Susianus: hunc imperatorem fecerunt. Protinus ego exercitum misi in-Susianam. Unus mortalis, Gobryas nomine, Persa, mihi subjectus — hunc-eorum [scil. mei exercitus] imperatorem feci. Inde hic Gobryas cum exercitu profectus est Susianam certamen*que* conseruit cum defectoribus. Post...

4. Edicit Darius rex: .. *ipse* perrexi contra Sacas.. occidi [superavi] hostem cepique .. Contra

---

Ad versionem Scythicam:

These men were with me when I killed Gomátes, the Magian, who said: «I am Bardes, son of Cyrus»: *and as these men aided me, thou, who mayest be king herafter, remember that thou be favourable to the descendants (?) of these men.*

Notatu dignum omnium, quantum scio, imperatorum, qui armorum vi atque gloria celebres extiterant, nisi duo, Darium Hystaspi nempe et Napoleonem I-mum, commilitonum nomina, victorias suas recensendo, in publicis monumentis, memoriae tradidisse.

[1] Tabula, nunc nisi e fragmentis constans, evidenter in saxum jam aliis exsculptis, rebus, quae iis continentur, supplendis destinata, translata fuit, versionibusque tum Assyrica, tum Scythica carendo, nullam jam spem ipsius quodammodo supplendi praebet nisi nova ejus cum praesenti collatio, quam clarissimo Rawlinsonio, quum secundo Behistânum visitaverit, perficere a fatis non fuit concessum, quaeque huic aliquantulum lucis addendae promittebat, ab aliquo strenuo et docto viatore, ut Spiegelii vocibus utar, perficiatur.

me Śakukas nomine — hunc cepi .. tum alium imperatorem.

6. .. Auramaṣdam colite ..

Inscriptiones Behistani minores.

A.

Super imagine Darii.

1. Ego *sum* Darius, rex magnus, rex regum, rex Persiae, rex provinciarum, Hystaspi filius, Arsamae nepos, Achaemenides.

2. Edicit Darius rex: Mihi pater *est* Hystaspes, Hystaspi pater Arsamas, Arṣamae pater Ariaramnes, Ariaramnae pater Teispis, Teispis pater Achaemenes.

3. Edicit Darius rex: Idcirco nos Achaemenidae praedicamur. Inde ex aevo *regno* probati sumus; inde ex aevo quae nostra stirps reges fuerunt.

4. Edicit Darius rex: Octo meae stirpis *sunt,* qui antea reges fuerunt, ego sum nonus: novem, duplici descensu, nos reges sumus[1].

B.

Sub imagine prostrati hominis.

Hic est Cometes qui, Magus *quum esset,* mentiebatur, sic *enim* dicebat: Ego Smerdis sum, qui Cyri filius *fuit,* ego rex sum.

C.

Super imagine primi stantium vinctorum hominum.

Hic Atrinus mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego rex sum Susianae.

---

[1] Conf. I, 1—4.

D.

Super imagine secundi vinctorum.

Hic Naditabirus mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego Nabuchodonosor sum, qui Nabuniti filius [ego non alius sum, nisi verissimus Nabuniti filius], ego rex sum Babyloniae.

E.

Super inferiori parte vestis tertii vincti.

Hic Phraortes mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego 'Kšatrites sum Cyaxaris stirpis, ego rex sum Medicus.

F.

Super quarto vincto.

Hic Martiyas mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego Imanis sum, Susianae rex.

G.

Super quinto revincto.

Hic Ćitratakmas mentitus est, sic enim dicebat: Ego rex sum Sagartiae, Cyaxaris stirpis.

H.

Super sexto revincto.

Hic Vahyasdates mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego Smerdis sum, qui Cyri filius, ego rex sum.

I.

Super septimo revincto.

Hic Arakus mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego Nabuchodonosor sum, qui Nabuniti filius, ego rex sum Babyloniae.

J.

Super octavo revincto.

Iste Phraates mentitus est, sic *enim* dicebat: Ego rex sum Margianae.

K.

Super nono revincto.

Iste Śakukas *est* qui Sacas [qui cum Sacis mihi defecerat] [1].

---


[1] Inscriptio nisi Scythicam versionem habet, Assyrica absente.—Inscriptio in Rawlinsonii apographo litera L notata itidem nisi Scythice scripta invenitur, cujus fragmentarium et hypotheticum sensum clarissimus Norrisius reddit sequentibus:

Darius the king says: — by the grace of Ormazd I made another tablet in the Arian language, such as did not exist before, and I made a large ... and a large ... and ... and ... and they were written and distributed (?). And then I sent the above tablet through the empire, and the people understood it (?).—Super omnibus his Behistâni inscriptionibus et Auramaşdae figuram remanserunt aliarum etiam, referente Rawlinsonio, ejusdem Darii regis inscriptionum vestigia, quorum exemplaria vir clarissimus non transcripsit, quum sint maximam partem impossibilia lectu (The above not copied, being for the most part illegible).

His addere licet imagines et inscriptiones Behist. circiter 1700 angl. p. (The Journ. of the R. As. S., vol. x, p. 187) super soli planitiem, 300 vero super saxi ipsius basin (ibid. p. 191), ad fidem clariss. Rawlinsonii, elatas esse; in quo mundi quasi miraculum magnus Persarum rex effecisse videtur. De ingenii dotibus ejus ac indole, prout hae in Behistânensibus praesertim inscriptionibus apparent, idem clariss. vir, qui has primus publici juris fecit et explicavit, declarat sequentibus:

To this monarch, insatiable in his thirst of conquest, magnificent in his tastes, and possessed of an unlimited power, we are indebted for all that is most valuable in the Palaeography of Persia. Imbued, as it appears, with an ardent passion for monumental fame, he was not content to inscribe the palaces of his foundation at Persepolis with a legend commemoration of their erection, or with prayers

invoking the guardianship of Ormazd and his angels, but he lavished an elaborate workmanship on historic and geographic records in various quarters of his empire, which evince considerable political forethought, and earnest regard for truth, and an ambition, natural and hardly to be quarrelled with, to transmit the glories of his reign to future generations, to guide their conduct and invite their emulation. At Persepolis, in the high place of Persian power, he aspired to elevate the moral feelings of his countrymen, and to secure their future dominancy in Asia, by ostentatiously displaying to them their superiority over the feudatory provinces of the empire; while upon the sacred rock of Baghistán he addressed himself, in the style of an historian, to collect the genealogical traditions of his race, to describe the extent and power of his kingdom, and to relate, with a perspicuous brevity, worthy of imitation, the leading incidents of his reign. We are hardly prepared, indeed, in the narrative of an Eastern despot, to meet with the dignified simplicity, the truthfulness, and selfdenial, which characterize this curious record. His grave relation of the means by which, under the care and favour of a benificent Providence, the crown of Persia first fell into his hands, and of the manner in which he subsequently established his authority, by the successive overthrow of the rebels who opposed him, contrasts most strongly, but most favourably, with the usual emptiness of Orienthal hyperbole (ibid. p. 47). cet.



Inscriptio Alvandensis.

O.

1. Deus magnus *est* Auramaṣdas, qui hanc terram creavit, qui illud caelum creavit, qui hominem creavit, qui praestantiam [1] creavit hominis [cui hominis reliquorum animantium praestantia debetur], qui Darium regem fecit, unum

---

[1] Hya śiyâtim adâ martiyahyâ, Lass.: *is fortunam creavit mortalium;* Rawl.: who gave life (?) to mankind; Benf.: welcher des Menschen Herrlichkeit geschaffen; Opp.: il a donné à l'homme la supériorité (in Suezensi inscript.: voluntatem,—sa volonté); Spieg.: welcher Annehmlichkeit schuf für den Menschen; Ménant: qui potentiam (?) dedit hominibus (a donné à l'homme sa supériorité); G. Rawl.: felicitatem. Vocem śiyâti Spiegelius explicat sequentibus: Wohlbefinden, Annehmlichkeit, ad analogiam Sendici śâ, ṣâti et Neo-Persici شاد. In versione mea secutus sum clariss. J. Ménantium, vocabulum ad Sendicum śî, ire, reducendo, quum notio eundi, in Aricis linguis, etiam praestantiae designandae interdum inservit (conf. ex. gr. Ross. пре-вос-ход-ство, a r. ход-ить, ire), quamvis eadem radix, notionem sese movendi exbibendo, etiam ad significationem hominem in terris distinguentis eique propriae, ut rerum naturae a summo numine designato cultori (conf. yaśna XXIX), actionis liberique ejus arbitrii transferri potuisset, a qua significatione forsitan non adeo est remota, quam Scythica phraseos versione Norrisius in universum elicuisse videtur (who the land had created for man, p. 146). Conf. Ṣarat. g. L, 9, ubi vates summum numen precatur de adimendo scelestibus libero gressu (vaśe itôis), quo nisi bonis hominibus frui par est.

multorum regem, unum multorum moderatorem[1].

2. Ego *sum* Darius, rex magnus, rex regum, rex provinciarum multigenarum[2], rex hujus terrae magnae spatium ad[3] [quod ad spatium, magnae spatio], Hystaspi filius, Achaemenides.

---

[1] In Assyrica versione, secundum Oppertium: «qui imperium hominibus dedit, et Darium regem qui rex regum multorum fecit, in Scythica, tamen, secundum Norrisium: who Darius king him hath made, one of the many king, one of the many lawgiver, quod ad Persicum archetypum accedit. Utcunque sit, Assyrica versio evidenter ad incutiendam alienigenis, praecipue Babyloniis, venerationem et nescio quem terrorem erga Persiae regem, Orientalium more, est accomodata, quum Persis, una cum Dario, ut supra notavi, Ahuram Masdam profitentibus, sat fuit φιλοσοφικῶς indicasse regem eorum ab hoc designatum esse, ut unus tam multis sui similibus imperet, regemque regum in hac, ut in aliis, inscriptione publica nisi semel nominari.

[2] Kšâyâtiya dahyunâm parušanânâm. Lass.: *regionum multis populis habitatarum rex;* Rawl.: the King of the many peopled countries; Benf.: König volkreicher Länder; Opp.: roi des pays très peuplés, 1851 (rex terrarum multilinguium, — roi des pays où tant de langues se parlent, 1869, in inscript. Suez. ad f. vers. Assyr.).

[3] Kšâyatiya ahyâyâ bumiyâ vašarkâyâ duraiy apiy. Lassen: *hujus terrae magnae sustentator;* Rawl.: the supporter also of this great world; Benf.: König dieser grossmächtigen Erde fern und nah; Opp.: roi de cette terre vaste au loin et auprès; Spieg.: König dieser grossen Erde auch fernhin. — Explicando phrasin, Spiegelius Sendicum aipî in mentem revocat (Die altpers. Inschr. p. 99), quod ansam mihi praebuit nostrum apiy cum Graeco ἐπί, ad quod etiam clariss. Rawlinsonius mihi paene inclinari videtur (The Journ. of the R. As. S., 1847, p. 288), conferre, ut sit: rex hujus terrae magnae quod ad latitudinem vel spatium (quum etiam diversitate videlicet gentium

situque vel maxime sit notabilis). Ut apiy pro praepositione postpositiva accipiam, multum facit etiam quod NR a) 2. enclitice usurpata occurrit. His addere licet, in Assyrica versione, quum duabus Persicis vocibus duraiy apiy (quae etiam duraiya apaiya legi possunt) duae, eadem flexione instructae (rabitav rapastav, legentibus Oppertio et Ménantio) respondeant, tutius forsan, primo aspectu, videretur eas per τὸ remotae, latae, reddere, ad quod non parum facit quod in ipso archetypo voces nostrae ambae pariter in iy desinant. Sed quum in Assyrica versione vox, quae τῷ vaṣarkâyâ responderet, desideratur, tria in archetypo terrae epitheta (vaṣarkâyâ, duraya, apaya vel apiya), latitudinem ejus designantia, nimis ampullatam orationem Darii, quae, quamvis gravis, mihi ubique simplicissima apparet, mea quidem sententia, redderent. Hic etiam forsan non a re alienum erit notare versiones alienigenis populis designatas non potuisse quin injiciendo sic dicto effectui studuissent; at cum popularibus suis conversando, quorum ope omnia perfecisse sentiebat (conf. ex. gr. Inscript. Beh. I, 2, NR a), 3), de his, quae illum attinebant, potius disserere eaque, ut coram amicis, explicare, quam regaliter declarare et edicere, talem, ut Darius fuit, regem, in hac, ut in aliis ejus inscriptionibus, par erat. Conf. quae annotavi ad Behist. IV, 13.

His elegantissimam descriptionem situs, ubi utraque Alvandensis inscriptio (O et F) invenitur, e Flandinii, qui verbis et penicillo omnem fere antiquam Persiam depinxerat, praeclaro opere excerptam, subjicere placet.

«Le monument le plus authentique légué par l'antiquité, et qui se soit le mieux conservé dans le pays, est le rocher qui, au fond d'une des gorges de l'Alvend, présente encore intactes deux grandes tablettes d'inscriptions cunéiformes. Il faut, pour se rendre au lieu où elles sont, se diriger vers la montagne, au nord-ouest. A trois kilomètres de la ville, s'ouvre une vallée étroite qui porte le nom d'Abbas-Abad; elle est traversée dans toute sa longueur par un torrent.. L'impétuosité et la fraîcheur de ses eaux disent

assez qu'il descend par une pente rapide des sommets de la montagne couverte d'une neige éternelle. On remonte ce ravin en passant plusieurs fois le torrent qui serpente au milieu de nombreux vergers parfaitement cultivés et plantés en vignes et arbres fruitiers de toute espèce. Le charme et la fraîcheur de cette vallée faisaient, à la fin de juin, un agréable contraste avec la chaleur de la plaine; mais au fur et à mesure que l'on avance, cet aspect riant prend une teinte sévère et devient de plus en plus sauvage; les roches escarpées se rapprochent, et ne laissent plus qu'un passage étroit aux eaux qui, arrêtés par elles et furieuses, bondissent de l'une à l'autre avec un fracas étourdissant.

Après mille abstacles produits par la nature des lieux, on arrive enfin à un espace peu étendu, mais dégagé, situé à environ cinq kilomètres de l'entrée de cette gorge. Là, au pied d'une cascade qui si précipite du haut des sommets successifs d'une suite de pyramides gigantesques de granit, entre lesquels le soleil cherche vainement la neige, est un rocher sur la face méridionale duquel sont les tablettes d'inscriptions. Après les difficultés qu'il faut vaincre pour arriver en ce lieu, où les Hamadânis prétendent qu'Alî dut se frayer, d'un coup de son cimeterre, un passage à travers les roches, on se demande pourquoi et dans quel but les anciens y avaient placé ces caractères.

Dans ce site sauvage, il n'y a point d'autre apparence du séjour des hommes; il ne semble pouvoir être hanté que par les bêtes fauves et les oiseaux de proie; et si quelque chose a pu y attirer dans l'antiquité, comme dans les temps modernes, cela n'a dû être que le désir d'y venir chercher la fraîcheur et la solitude, auxquelles se prête d'ailleurs également l'endroit.


Sans doute ces inscriptions auront été gravées là par l'ordre de l'un des monarques qui y trouva cette double jouissance, et voulut y perpétuer le souvenir des excursions qu'il y faisait, loin de la pompe et du faste de la cour.

....Ce sont deux tablettes l'une à côté de l'autre, creusées dans la pierre, au moyen d'un refouillement qui a de ving à vingt-cinq centimètres de profondeur sur deux mètres

soixante-dix centimètres de large, et un mètre quatre-vingt-dix centimètres de profondeur sur deux mètres soixante-dix centimètres de large, et un mètre quatre-vingt-dix centimètres de haut. Elles sont toutes deux divisées en trois tranches verticales d'inégales largeurs, dans lesquelles sont tracées de petites bandes horizontales qui comprennent les caractères. Le nombre des lignes, dans les deux cadres et pour les trois colonnes, est de vingt.

On aperçoit sur d'autres rochers qui sont près de là d'autres tablettes semblables, préparées pour recevoir sans doute des inscriptions du même genre; mais elles n'en contiennent aucune, et sont restées ébauchées». (Voyage en Perse, texte, pp. 19—20).

Duarum inscriptionum, quae in Alvandensis saxi imagine, ad nostram Palaeo-Persici textus editionem apposita, conspiciuntur, quae est ad sinistram atque loco superior Darii H., altera vero est Xerxis, superque planitiem soli circiter 10 p. sunt elatae (Vide Lass. Zeitschr. f. die Kunde des Morgenlandes, VI, p. 122, et Spieg. die altpers. Keilinschriften, p. 73).



Inscriptiones Suezenses [1].

a.

Darius rex magnus, rex regum, rex provinciarum, rex istius terrae magnae, Hystaspi filius, Achaemenides.

---

[1] Ambas Suezenses inscriptiones ex J. Oppertii eruditissimo libro: Mémoire sur les rapports de l'Égypte et de l'Assyrie dans l'antiquité éclaircis par l'étude des textes cunéiformes. (Paris, 1869. p. 123—127), ubi sagacissime a viro doctissimo sunt restauratae, desumpsi atque in rem meam verti. His etiam descriptionem monumenti super quo inveniuntur, ex eodem clarissimi viri opere excerptam, liceat apponere.

Les monuments sont des stèles qui, d'un côté, contenaient les trois langues des textes trilingues: le perse, le médo-scythique, l'assyrien; l'autre côté était occupé par les hieroglyphes égyptiens, et ce texte hieroglyphique a été, comme nous pouvons déjà en juger par les fragments, beaucoup plus étendu que ceux qui devaient se partager à eux trois l'autre côté de la stèle. Le texte égyptien est plus développé que l'inscription perse et les traductions conservées sur les mêmes monuments; mais on connaît, par d'autres textes trouvés en Asie, les documents originaux cunéiformes équivalents à l'inscription égyptienne.

Le côté cunéiforme contenait en haut deux figures d'homme tenant la main sur trois cartouches, tous les trois remplis de caractères cunéiformes; c'est apparemment une concession aux usages égyptiens. Dans l'espace que laissait la pierre à droite et à gauche, on lisait à droite en perse, et à gauche en médo-scythique et en assyrien (le texte assyrien étant au dessous de l'autre), la légende suivante:

b.

1. Deus magnus *est* Auramaṣdas, qui illud caelum creavit, qui hanc terram creavit, qui hominem creavit, qui praestantiam *prae ceteris animantibus* dedit [creavit] homini, qui Darium regem

---

«Darius, grand roi, roi des rois, roi des pays, roi de cette vaste terre, fils d'Hystaspe, Achéménide» (inscriptio *a* Persice a me inter archetypa reposita).

Le texte médo-scythique et le texte assyrien prennent le même espace que le texte perse à lui seul, comme c'est généralement le càs. Mais presque rien ne reste de ces deux légendes, sauf la première ligne du texte médique; quant à l'assyrien, le temps n'a épargné que les traces des lettres itu, fin de rabitu «grande», et le dernier signe du mot Achéménide. Et ces débris ont leur grande importance, attendu qu'ils prouvent dès aujourd'hui l'existence d'un texte assyrien, dont rien, d'autre part, ne nous révélait l'existence.

Au-dessous de cette légende se développe sur toute la largeur de la stèle, un texte perse en douze lignes, en partie conservé, en partie très facile à restituer, mais dont une autre portion n'a pas cédé à des recherches très-longues et très-laborieuses. Ce texte perse se trouve au-dessous de lignes remplies de caractères médo-scythiques, très-peu lisibles et très frustes. Au dessous de ce texte, immédiatement sur le sol, se trouvait la traduction sémitique; elle a été détruite, dit-on, par les ouvriers de l'isthme de Suez.

Voici le texte tel que nous avons pu le restituer.

[«Baga va]zarka» cet. (inscriptio *b*).

Initium Suezensis inscriptionis *a* nisi e vocibus: Dârayavus kšâyatiya (naqa) vaṣarka constans a clariss. Spiegelio ad Darium II relatum fuit (Nb), ratione, puto, habita, vocem regiae dignitatis in ea non literis phoneticis, sed ideographico signo, quod ad posteriora tempora pertinere videbatur, expressam esse. Nunc autem quum haec, pariter ac Suezensis inscriptio *b*, quae in eodem monumento invenitur, nomen Darii H., ad fidem clariss. Oppertii, continet, atque eodem

fecit, qui Dario regi auctoritatem detulit quam magnam [quae est magna].

2. Ego Darius *sum,* rex regum, rex provinciarum multigenarum, rex hujus ditionis [Persici scil. imperii] magnae longitudinem ad [quod ad longitudinem, spatio, — rex immensi imperii], Hystaspi filius, Achaemenides.

3. Edicit Darius rex: Ego Persa sum, ope*que* Persae [i. e. Persarum, — civium, popularium meorum] Aegyptum cepi. Ego imperavi istum canalem effodi, a Nilo nomine flumine, quod in Aegypto fluit, usque ad mare, quod a Persia venit.... [1]

---

ideographo (ut ex inscriptione *b* colligere licet) in eadem voce scil. exprimenda utitur, nullum jam impedimentum putavi hanc, et aliam, breviusculam Londinensem, ad eundem Darium referre. — Inscriptiones has etiam per totum canalis tractum a Dario repetitas fuisse clariss. Oppertius in eodem praestanti libro suo docet (p. 126), cujus rei documenta eo magis desiderabilia essent, quod plenioris harum inscriptionum exemplaris possidendi aliquam nobis spem utique dedissent.

[1] Cetera quum, prae corruptissimo archetypi statu, plane incerta sunt, interpretatione praetermittenda putavi, neque ipse clariss. Oppertius se, in fine hujus inscriptionis restaurando, ut vidimus, plane felicem fuisse censet; quum tamen etiam universus deperditarum Darii H. linearum sensus longe alius mihi fuisse videtur atque hic, quem vir doctissimus, conjectando, exhibere conatur, liceat hic decurrentis inscriptionis Palaeo-Persicum textum, ut a doctissimo Oppertio est restauratus, nec non utramque ejus versionem apponere hisque quae nobis aliter visa fuerint subjungere.

P[açâva]. iyam. yuviyâ. [akaniy. ava[dâ]. yathâ. adam. niyastâyam. ut[â. athaham.] âyatâ. haćâ. [Birâ]yâ. [nai]mâm. yuviyâm. abiy. pâ[ram. vika]tâ. yathâ. mâ[m. kâma. âha].

Postea ille canalis fossus est illic, sicut ego decretum feci et dixi: «Ite, inde a Bira dimidium canalem usque ad littus diruite», sicut penes me voluntas erat.

(Puis ce canal fut creusé ici, comme je l'avais ordonné; alors je dis: «Allez, à partir de Bira, jusqu'au littoral, détruisez la moitié du canal», comme c'était ma volonté).

Talem sensum ultimis inscriptionis hujus lineis dare movit doctissimum Oppertium citatus ab eo Strabonis locus, ubi Darium a perficiendo canali destitisse refertur. Sed canalem a Nilo usque ad Arabicum sinum, Dario auctore, perductum neque unquam dirutum fuisse luculentissimus testis est Herodotus, cujus verba in extenso hic exscribere placet: Λήγει δὲ αὕτη (scil. ἡ Ἀραβίη), οὐ λήγουσα εἰ μὴ νόμῳ, ἐς τὸν κόλπον τὸν Ἀράβιον; ἐς τὸν Δαρεῖος ἐκ τοῦ Νείλου διώρυχα ἐσήγαγε (IV, 39). Et alibi (II, 158): Ψαμμητίχου δὲ Νεκὼς παῖς ἐγένετο, καὶ ἐβασίλευσε Αἰγύπτου· ὃς τῇ διώρυχι ἐπεχείρησε πρῶτος τῇ ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν φερούσῃ, τὴν Δαρεῖος ὁ Πέρσης δεύτερα διώρυξε, τῆς μῆκος μέν 'ἐστι πλόος ἡμέραι τέσσαρες, εὖρος δὲ ὠρύχθη, ὥστε τριήρεας δύο πλέειν ὁμοῦ ἐλαστρευμένας. ἦκται δὲ ἀπὸ τοῦ Νείλου τὸ ὕδωρ ἐς αὐτήν· ἦκται δὲ κατύπερθε ὀλίγον Βουβάστιος πόλιος παρὰ Πάτουμον τὴν Ἀραβίην πόλιν· 'εσέχει δὲ ἐς τὴν Ἐ'ρυθρὴν θάλασσαν. ὤρυκται δὲ πρῶτον μὲν τοῦ πεδίου τοῦ Αἰγυπτίου τὰ πρὸς Ἀραβίην ἔχοντα, ἔχεται δὲ κατύπερθε τοῦ πεδίου τὸ κατὰ Μέμφιν τεῖνον οὖρος, 'εν τῷ αἱ λιθοτομίαι ἔνεισι· τοῦ ὦν δὴ οὔρεος τούτου παρὰ τὴν ὑπωρέην ἦκται ἡ διῶρυξ ἀπ' 'εσπέρης μακρὴ πρὸς τὴν ἠῶ, καὶ ἔπειτα τείνει 'ες διασφάγας, φέρουσα ἀπὸ τοῦ οὔρεος πρὸς μεσαμβρίην τε καὶ νότον ἄνεμον 'ες τὸν κόλπον τὸν Ἀράβιον. τῇ δὲ 'ελάχιστόν 'εστι καὶ συντομώτατον ἐκ τῆς βορηΐης θαλάσσης ὑπερβῆναι ἐς τὴν νοτίην καὶ Ἐρυθρὴν τὴν αὐτὴν ταύτην καλεομένην, ἀπὸ τοῦ Κασίου οὔρεος τοῦ οὐρίζοντος Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίην, ἀπὸ τούτου εἰσὶ στάδιοι χίλιοι ἐς τὸν Ἀράβιον κόλπον. τοῦτο μὲν τὸ συντομώτατον, ἡ δὲ διῶρυξ πολλῷ μακροτέρη, ὅσῳ σκολιωτέρη ἐστὶ, τὴν ἐπὶ Νεκὼ βασιλέος ὀρύσσοντες Αἰγυπτίων ἀπώλοντο δυώδεκα μυριάδες. Νεκὼς μέν νυν μεταξὺ ὀρύσσων 'επαύσατο, μαντηΐου ἐμποδίου γενομένου τοιοῦδε, τῷ βαρβάρῳ αὐτὸν προεργάζεσθαι. βαρβάρους δὲ πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφίσι ὁμογλώσσους. Παυσάμενος δὲ τῆς διώρυχος ὁ Νεκὼς 'ετράπετο πρὸς στρατηΐας cet.

Minime ergo imperfecti neque diruti, sed a Nilo usque ad Arabicum sinum nusquam interrupto tractu porrecti et navigabilis Suezensis canalis accuratissima descriptio, eaque a scriptore, qui ipse non ita multo post Darium H. in Aegypto fuit, promanans nullum admittendi dat locum, in quo plane doctissimo Baehrio consentio, Herodotum omnia haec de Suezensi canali a se ipso efficta posteritati tradidisse. Quum itaque omnia haec certissima sunt, restat, ut Strabonem, cui doctissimus Oppertius innixus, Suezensem canalem a Dario non perductum ad finem atque adeo dirutum affirmavisset ultimasque inscriptionis lineas evidenter ad ejusmodi sensum restaurasset et interpretatus esset, aliosque scriptores, ut Diodorum et Plinium, qui similia asseruerunt, accepta de Aegyptiorum rege Necone, Psammetichi filio, quaeque ab ipso Herodoto in loco supra citato referuntur, aliquo lapsu, ad Darium H. retulisse affirmemus. De ulterioribus fatis Suezensis, a Dario confecti, canalis vide ejusdem doctissimi Baehrii annot. ad Her. 158 (Her. Halic. Musae, Vol. I. alterae edit. p. 790—792).



Inscriptio Londinensis.

N a).


Ego *sum* Darius rex[1].

---

[1] Breviuscula inscriptio crystallino cylindro, qui ex Aegypto in Angliam advectus erat hodieque in Britannico Museo asservatur, incisa conspicitur, cujus hic descriptionem verbis clariss. Lassenii subjungere placet eo magis, quod imaginis delineatio, quae in nostra archetypi editione hanc comitatur quamque e praestantissimo G. Rawlinsonii opere (The five great Monarchies, IV, 182) desumpsimus, non omnino integra videtur esse:

Der Cylinder stellt den König Darius auf einem Wagen aufrecht stehend dar, mit der Tiara und gespanntem Bogen; ein Wagenlenker lenkt das Ross, dem König entgegen tritt eine aufgerichtete Löwengestalt, die schon an der Stirn und der rechten Vordertatze von einem Pfeile verwundet ist, der König ist im Begriff, einen dritten ihr entgegen zuschnellen. Unter dem Pferde entflieht ein kleinerer Löwe, der im Rücken verwundet ist. Ueber dem Wagen schwebt der Ferver des Königs (Auramaṣdae ipsius, ut nunc est notum, imago), mit gegen den grossen Löwen gewendetem Antlitz, es ist dieselbe Gestalt, welche über dem Sarge in Nakshi-Rustam schwebt. Hr. Grotefend hat gewiss richtig den Löwen als Ahriman gedeutet, gegen den der Diener des Ormuzd stets kämpfen muss (Ad hodiernae scientiae sensum, imago cylindri regem potius simpliciter venando leones intentum exhibet). Hinter dem Wagen, wie hinter dem Löwen ragt ein hoher dattelpalmähnlicher Baum empor. Zwischen den Bäumen läuft eine Inschrift in der dreifachen Petropolitanischen Schrift, aber in verkehrter Richtung, zum Beweise, dass der Cylinder zum Siegeln bestimmt war cet. (Zeitschr. für die Kunde des Morgenlandes, VI, p. 79—80).

Perincommode accidit Darii regis cylindri delineationem, quae in doctissimi G. Rawlinsonii est opere, arbore, ut patet, inscriptionem continente, sagitta in leonis fronte nec non Auramaṣdae imagine carere; neque cylindri pleniorem alicunde delineationem possidendi nobis facultas fuit.



Inscriptiones Persepolitanae.

H.[1]

Super muro, Persepolis palatia praecingente.

1. Auramaṣdas magnus, qui maximus *est* deorum, hic Darium regem fecit, hic-ei regnum detulit: voluntate Auramaṣdae Darius rex *est*.

2. Edicit Darius rex: Haec *est* regio Persis, quam mihi Auramaṣdas detulit, quae amoena[2]..,

---

[1] Haec et sequentes, Dtum arii Hystaspi, tum quae a Xerxe remanserant, inscriptiones eximiam vetustiorum Achaemenidarum in patrium solum (quum de propria Perside in his agitur) pietatem exhibent, immo etiam Xenophontis cumprimis et Herodoti de veterum Persarum moribus et institutis narrationes luculentissime confirmant, hasque non omnino ad ἰδέαν quandam apud eos conformatas esse apprime probant, quum Persarum regem, cujus imperium tam late patebat atque e tam diversis populis constabat, ipsum tamen Persam esse imperiumque ejus per Persas esse paratum semper mente tenuisse et fateri, semperque, videlicet, incubuisse ut laeti et fortunatiores inter alios populos sub sceptro ejus degerent, inscriptionum documentis constat (conf. ex gr. quae de non pendendis a Persis tributis Herodotus tradit, III, 97). Idem patriae amor et in Behistanensi, et in Suezensi inscriptione spirat.

[2] Elapsae vocis nisi 𐎺 et 𐎿 remanserunt, ad quas vox uvaśpâ a doctis viris, post Lassenum, vulgo restituitur; sed quum, Xenophonte teste*, propria Persis, de qua hic agitur, minime bonis equis producendis fuit idonea, vocem in textu, ut est in archetypo, mancam, in versione vero plane omissam exhibere praetuli.

* ...'εν Πέρσαις γὰρ διὰ τὸ χαλεπὸν εἶναι καὶ τρέφειν ἵππους καὶ ἱππεύειν ἐν ὀρεινῇ οὔσῃ τῇ χώρᾳ καὶ ἰδεῖν ἵππον σπάνιον. Cyrop. I, 3, 3. De sterilitate soli propriae Persidis conf. Her. I, 71; IX, 122 cet.

eximia-viris, quae, voluntate Auramaṣdae meaque Darii regis, ab ullo extero [scil. hoste] minime timet [minime timet quemlibet hostium].

3. Edicit Darius rex: Mihi Auramaṣdas auxilium ferto [opitulator], cum gentilibus-diis[1], et istam regionem Auramaṣdas custodiat ab incursione-hostium, a sterilitate, a fallacia. Hostis hanc regionem ne adoriatur, neque incursio, neque sterilitas, neque fallacia. Hoc ego beneficium[2] ab Auramaṣda expeto cum gentilibus-diis, hoc mihi Auramaṣdas dato cum gentilibus-diis.

I.

Altera inscriptio super muro, palatia praecingente.

1. Ego *sum* Darius, rex magnus, rex regum, rex provinciarum quarum multarum [quae multae ditioni meae parent], Hystaspi filius, Achaemenides.

2. Edicit Darius rex: Voluntate Auramaṣdae hae *sunt* provinciae, quas ego tenui cum isto Persico populo [i. e. populi Persici virtute et potestate][3],

---

[1] Conf-annot. ad Beh. IV, 12 et B.

[2] Vox archetypi manca sensum Ṣendici yânĕm habuisse videtur.

[3] Lass.: *Ex voluntate Auramazdis hae regiones illae* (sunt) *quas ego tenui. Hac in re hi Persae actores* (fuere); Rawl.: By the grace of Ormazd these are the countries which I have possessed, together with the Persian State (or Power); Benf.: durch die Gnade des Auramazda sind dies die Länder, welche ich mir mit dieser Persischen Macht unterworfen habe; Opp.: Par la volonté d'Ormazd, ce sont ces pays que j'ai gouvernés avec l'armée perse; Spieg.: Durch die Gnade Auramazda sind es diese Länder die ich regiere mit diesem persischen Heere.

quae a me timebant [quae me timebant, imperio meo subjectae erant], mihi*que* tributum afferebant: Susiana, Media, Babylonia, Arabia, Assyria, Aegyptus, Armenia, Śparda, Ionii qui continentis et qui maris [maritimi, — Ionii tum in continente, tum in insulis degentes], atque provinciae quae ad-orientem-solem *sunt*—Sagartia, Parthi, Zaracae [Drangiana], Aria, Bactriana, Sogdiana, Chorasmia, Sattagydae, Arachosia, India, Gandarii, Sacae, Macae. [1]

3. Edicit Darius rex: Si sic mente-tenes: «ab hoste ne timeam» [ne timeam ab hoste, minime hostem timeam], istum Persicum populum cura [fove et protege]; si *enim* populus Persicus curatus erit [bene a te erit curatus], quae in longissimum *tempus* Praestantia, incolumis haec quaelibet, Dea, usque descensura erit *e caelo* ad hanc *tuam* stirpem [2] [Si Persarum populum colas,

---

[1] Conf. Behist. I, 6, et Naqśi-Rust. NR a), 3.

[2] Lass. (1845): *Generosus* (sum) *Darius, rex venerandus. Talis mihi* (sit) *adoratio consecrata, ne conspiciam hunc Persam actorem humili* (conditione). *Venerandus* (est) *actor Persa* (utpote qui) *tutor sit* (in) *longissimum* (tempus) *fortuna incolumis, o celebrande, divine, juste, apud hanc gentem;* Rawl.: Says Darius the king: —If thou shalt thus observe (namely) protect this state of Persia, let me not fear from the enemy. If the Persian state shall be protected, the longest enduring life, such shall be the existence continued to this edifice; Benf.: Darius der König hat verkünden lassen: Wenn du so denkst, dann möchte ich nicht irgend für diese Persische Macht von einem Feind fürchten. Wenn diese Persische Macht herrschend bleibt, dann, o hochzupreisender Aura, welche Herrlichkeit bis in die fernste Zeit unverletzbar, diese senke herab auf dieses Volk; Opp.: Le roi Darius

nunquam praestantia caelestisque favor stirpem tuam derelinquent semperque fortis et conspicua manebit].

B.

Super postibus in Darii palatio.

Darius, rex magnus, rex regum, rex provinciarum, Hystaspi filius, Achaemenides *est,* qui hanc aedem fecit.

---


déclare: Quand tu règnes de cette manière, je ne crains rien d'un ennemi. Protège cet état de Perse. Quand l'état de Perse est protégé, son bonheur sera inviolable pour longtemps. Que lui, Ormazd, soit propice à ce pays!; Spieg.: Es spricht Darius der König: Wenn du so denkst: «vor keinem Feinde möchte ich zittern», so schütze dieses persische Heer. Wenn das persiche Heer geschützt ist, so wird das Glück für die fernste Zeit ununterbrochen bleiben, diese Herrin wird herabkommen auf diesen Clan.

Utraque inscriptio H et I versionibus Assyrica et Scythica caret. Restitit tamen super eodem muro Darii H. Assyrice exarata inscriptio, quae, auctore Oppertio, Persico archetypo caruit, ut quae gentibus extraneis, nulla in hac de Persarum victoriis, quasi illarum dignitati parcendo, mentione facta, destinata fuisset. Inscriptionem hanc Hebraice a Julio Oppertio transcriptam, cum ejusdem doctissimi viri interpretatione Latina, juvenum Semiticarum literarum studiosorum alicui utilitati et commodo, hic apponere liceat:

ארמזדא רב שרבו אן עלי אלהי גבי. ששמי וארצת יבנו. ונשי יבני.
שדמקא גבי ידן אן נשי אן לבא בלטו. שאן דריוש סרא יבנו .ואן דדריוש
סרא סרותא ידנו אן עקר הגא רפשת שמתת מדת אן לבשו. פרס ומדי
ומתת שנת ולשן שנת ששדי ומתא. שאחני הגא שמרתא ואהלוי אלי
שמרתא שאחני הגא שעקר צממית ואהלוי אלי שעקר צממית: דריוש
סרא יקבי .אן צלי שארמזדא הגנת מתת שהגא יעבשא שהגנא יבהרא.

פרס מדי ומתת שנת ולשן שנת ששדי ומתא. שאחני הגא שמרתא ואהלוי
אלי שמרתא ואתני הגא שעקר צממית ואהלוי אלי שעקר צממית. לבו שאנכו
נעם אשכנשן .: שאנכו אעבש . גבי אן צלי ארמודא אעתבש . אנכו
ארמזדא לצר אתי אלהי גבי. אנכו ושאנכו אבל:

Oromazes magnus qui maximus supra deos omnes, qui coelum et terram creavit, et homines creavit, et auctoritatem omnem dedit hominibus inter animantia, qui Darium regem creavit, et Dario regi imperium dedit in terra ista ampla quae provincias multas in medio (continet): Persiam, Mediam et provincias alias cum lingua alia montium et vallium quae citra [hae] mare, et ultra [istae] mare, quae citra hae terram desertam, et ultra [istae] terram desertam. Darius rex dicit: in umbra Oromazis (hae) sunt provinciae quae ista fecerunt, quae hic coiere: Persis, Media et provinciae aliae cum lingua alia montium et vallium quae citra [hae] mare et ultra [istae] mare, et citra [hae] terram desertam et ultra [istae] terram desertam: sicut ego jussum faciebam iis. Quae ego feci omnia in umbra Oromazis feci; me Oromazes protegat cum diis omnibus et me et quae ego feci (Expéd. scient. II, pp. 252—256).



Inscriptiones sepulchrales Naqši-Rustami.

NR a).

1. Deus magnus Auramaṣdas *est*, qui hanc terram creavit, qui illud caelum creavit, qui hominem creavit, qui praestantiam hominis *prae ceteris animantibus* creavit, qui Darium regem fecit, unum multorum regem, unum multorum moderatorem[1] [Darii scil. potestas a Deo fuit].

2. Ego Darius *sum*, rex magnus, rex regum, rex provinciarum omnigenarum [rex provinciarum, quae e diversis gentibus et populis constant], rex istius terrae magnae longitudinem ad [ad longitudinem=longitudine, spatio], Hystaspi filius, Achaemenides, Persa, Persae filius, Arius, Aria suboles[2].

3. Edicit Darius rex: Hae *sunt* provinciae, quas ego cepi extra a Persia [extra Persiam]. Ego-eas meae-ditionis-feci[3], mihi tributum affe-

---

[1] Conf. Alv., O, 1.

[2] In Assyrica versione Darius nisi Persa nominatur nullaque fit mentio eum ex Aria esse stirpe, hac, puto, ratione habita, alienigenas Persici imperii populos minime genealogicam dominorum suorum originem curasse, quum nisi unum eis gravioris momenti esset Persas hos atque Persarum esse nepotes.

[3] Patiyâkšiy, legente Kernio, est praeteritum (imperf. vel aor.) r. kši. Vocem ad eandem radicem referunt Rawlinsonius, Benfeyus et Oppertius. Secundum Spiegelium refertur ad akš (adamšâm patiyakšaiy), ich überwache sie.

rebant, quod*que*-eis a-me edicebatur, hoc *obsequentissime* faciebant; lex, quae mea *est*, haec *ab iis* observabatur [alii, nisi meae legi, non obediebant]: Media[1], Susiana, Parthia, Aria, Bactriana, Sogdiana, Chorasmia, Zaracae [Drangiana], Arachosia, Sattagydae, Gandarii, Indi, Sacae Amyrgii[2], Sacae Sagittarii[3], Babylonia, Assyria, Arabia, Aegyptus, Cappadocia, Śparda,

[1] Valde probabilem rationem, cur Medi in Beh. I, 6 decimo, in I, 2 secundo, hic vero primo (post Persas scilicet) loco recensentur, affert clariss. Spiegelius, cujus verba e novissimo suo opere exscribere placet: Charakteristisch ist die Stelle der Meder, in der grossen Inschrift von Behistân erscheinen sie an der zehnten, in I an der dritten, in NR aber an der zweiten Stelle. Es scheint mir wahrscheinlich, dass unmittelbar nach der Usurpation des falschen Smerdes das Ansehen der Meder im Achämenidenreiche bedeutend gesunken war, dass sie aber während der Regierung des Darius Gelegenheit fanden dasselbe wieder zu befestigen, denn darauf als zweites Volk im Reiche der Perser zu gelten hatten die Meder ein entschiedenes Anrecht, theils durch ihre glorreiche Vergangenheit, theils durch ihre religiöse Bedeutung, weil der Priesterstamm der Mager aus ihrer Mitte genommen war. (Erânische Alterthumskunde, 1871, I, p. 213).

[2] Śakâ haumavarkâ (in secunda voce, quae in archetypo est manca, kâ est adjectum ad fidem coaevarum versionum). Probabiliter, sunt, ut jam Lassenius notavit, Herodoti Σκύθαι Ἀμύργιοι. Clarissimus Spiegelius innuit in Shâh-nahmii طاماوران, cui regioni bellum Kai-kâus inferre parabat.

[3] Śakâ tigrakudâ. Ἐπίθετον istorum Sacarum sagittarios esse tum vocis significatione atque probabili τοῦ tigra (Ṣend tiġri) etymologia, tum versione Assyrica confirmatur. Justio auctore, in sinistra parte Tigris fluminis in montibus vivebant (Beiträge zur alten Geogr. Persiens I. p. 25).

Ionia, Sacae qui transmarini, Skudri[1], Iones comiferi[2], Pontici[3], Cossaei[4], Macii[5], Colchi[6].

4. Edicit Darius rex: Auramasdas, ut conspexit istam terram [scil. omnes has regiones]...[7],

---

[1] Śkudra. Lassenius confert locum Herodoti de Scythis (IV, 6): σύμπασι δὲ εἶναι οὔνομα Σκολότους.

[2] Yaunâ takabarâ. Magna pars interpretum in takabarâ Homericum Graecorum ἐπίθετον: καρηκομόωντες vident. Secundum Spiegelium est: die Ionier, welche Kronen tragen, qui tamen significationem voci Flechten tragend (Die altp. Keilinschr. p. 197) admittit. Oppertius, ad Assyr. versionem: Iones alii qui nodos in verticibus portant. Ad etymologiam vocis, Spiegelius affert Neo-Pers. تاجور, تاج et Armenicum thag, Krone, Diadem, thagâvor, mit Krone versehen, König.

[3] 𐎱𐎢𐎫𐎡𐎹𐎠 potest legi Putiyâ, Puntiyâ et Pauntiyâ. Ad opinionem Oppertii et Justii est Africanus populus (Hebraeorum פוט), secundum Kernium, Pontus, regio Pontum Euxinum attinens (strictiori sensu, inter Armeniam et Bithyniam porrecta).

[4] Kuśiyâ. Secundum Lassenum et Rawlinsonum sunt Κοσσαῖοι, Kernius putat populum in septentrionalibus Persici imperii confiniis. Ad opinionem Oppertii et Justii, itidem ac Putiyâ, est Africanus populus (כוש Hebraeorum).

[5] Mačiyâ. Populum in Asiae partibus fuisse probat M. Niebuhrius. Ad opinionem Spiegelii est Matiene.

[6] Karkâ. Spiegelius confert Shâhnâmii كرگسار, Westerg. putat Grusiam (Georgiam) esse, quae گرجستان Persice sonat, a quo non logen forsan discedit Kernius, qui sub Karkâ veteres Colchos intelligit. Opp. et J. Carthaginem esse putant. Secutus sum Kernium, quum Caucasicae regiones antiquae Persarum dominationis aliquot vestigia etiam nunc mihi conservasse videntur.

[7] Mancam vocem Oppertius legit: y[âtum] inque Assyricae versionis verbis, huic respondentibus, sequentem sensum

sub flagitiorum regimine confici, protinus-eam mihi detulit me*que ejus* regem constituit: ego rex sum voluntate *ipsius* Auramaşdae. Ego-eam · [scil. terram] super basi constitui, quod*que*-eis [imperio meo regnorum subjectorum incolis] ego imperabam, hoc faciebant, sicut me *veniebat* desiderium [plane ad meum desiderium]. Si-forte mente-agitas, quam multiformiter hae provinciae

---

contineri putat: Oromazes quando vidit terras istas superstitiosas in modum doctrinarum perditionis, tunc mihi dedit eas, cet. (Voyage scientif. en Mésop. II. p. 176—177 et p. 167); Palaeo-Persici vero archetypi verba, in libro citato (p. 188), vir doctissimus reddit sequentibus: Oromazes quum vidisset hanc terram superstitioni addictam tunc eam mihi tradidit (Quand Ormuzd vit que ce pays s'était adonné à des doctrines perverses, il me le confia); Scythicae versionis verba, quae remanserunt, explicationem desiderant. Quod ad me, nullam ideoneam causam video Darium, quamvis unius Dei cultui addictus fuerit (vide annot. ad 12 et 13 Beh. tab. IV), aliorum populorum religionibus inimicum inque superstitiosas earum doctrinas vel practicas sese immiscentem statuere, qualis necessario evaderet, si, quasi ad erudiendos in vero Dei cultu traditos sibi populos, se ab Auramaşda missum asseruisset; neque id, si Darius talis esset, etiam proximos ei tempore Graecos scriptores fugisset, qui nil de Dario, contra aliorum populorum religiones agitante, tradunt. Verisimilius est Darium Hystaspi in deperdita voce se, ut vindicem potius perversorum regum (qualem, ex. c., Assyriorum Xenophon in Cyropaedia vividioribus coloribus depingit), qui, post Cambysi mortem, in omnibus imperii Persici partibus, falsi atque legitimi (quod etiam minime dubio subjectum esse videtur), exsurgendo, antiquam regendi normam restituere conabantur, a summo numine designatum esse statuere. Kernius putat in archetypo elapsum esse ûna legitque yaunaunâm, cum sensu: schutzloss, schutzbedürftig.

erant, quas Darius rex tenebat[1] [Si forsan tua interest scire quam varias facies et habitum populi Darii imperio subjecti tenebant], imaginem adspice qui meum solium sustinent [inspice imaginem, in qua diversae populorum gentes thronum meum sustinent], ut pernoscas-eos. Tunc tibi *certe* manifestum[2] erit Persae viri hastam longe progressam esse[3], tunc tibi manifestum, *puto,* erit[4] Persam virum procul a Persia bellum [bella] gessisse[5].

5. Edicit Darius rex: Hoc, quod *a me* factum erat, istud omne voluntate Auramaṣdae ego perfeci, Auramaṣdas*que* mihi *continuo* auxilium ferebat usque-dum peractum confecissem. Me Auramaṣdas custodito ab[6] *omni malo,* et meam stirpem, et hanc regionem [Persida scil., in qua monumentum, hac

---

[1] Oppertius (Voy. scient. en Mésop. p. 188): Si ita cogitas: «quomodo varium istae terrae quas Darius rex coercebat» (si tu penses ainsi: «Combien sont différentes les provinces que le roi Darius gouvernait»).

[2] Vide annot. ad Beh. I, 10.

[3] Parâgmatâ, secundum Spiegelium, est participium referens se ad vocem arstis, quod sensum phraseos minime, puto, difficilem praebet. Kernius legit: parâgamatâ inque forma videt 3. sing. indic. m. I-mae sic dictae conjugationis (= Sanscr. parâgamata).

[4] Vide annot ad Beh. I, 10.

[5] Conf. Graecum πόλεμον ἄγειν. — Gloriatio haec optime quadrat cum his quae de vetustiorum Persiae regum erga Persas affectibus Xenophon per totam fere Cyropaediam tradit. Conf. inscript. Suez. 6, 3, et Persepol. I, 3, ubi Darius H. se Persam esse gloriatur resque a se gestas itidem civibus suis piissime adscribit. Confer etiam Inscriptionem Xerxis. D, 3.

[6] Oppertius, vocem supplendo, legit çaranâ, cui significationem τοῦ injuria tribuit.

inscriptione dotatum, extat]: hoc ego Auramaşdam expeto; hoc mihi Auramaşdas concedito. Mortalis, quod Auramaşdae jussum *est* [praeceptum Auramaşdae], hoc tibi *jam* est dictum[1] [per os scil. prophetae ejus, Şarat́ustrae nempe, nunciatum]: non relinque viam quam rectam [quae est recta, — non recede a recta via, i. e. ne minimum ab recte vivendi ratione recede], non ad-humiliora-descende, non brutum-te-praesta[2].

NR c).

Gebryas Pâtisuvarinus, Darii regis arcifer.

NR d).

Aspathines, Darii regis sagittas ministrans.

NR e).

Hic *est* Mağiyas.

---

[1] Gaśtâ, cum Kernio, pro partic. perf. accipio, sic tamen ut passivum etiam sensum conservet. Kernius: der Befehl des A., der hat dir gesagt.

[2] Śtabava, si *b* hic est genuinum, retulissem ad Sanscr. stab́. Litera super saxo etiam *r* legi potest. — Assyrica exeuntis inscriptionis versio est manca, quam nihilominus clariss. Oppertius sequentibus reddit: Homo! quod Oromazes imperavit tibi, non malum erit... ad destructionem eas, p. 191 (quod Oromazes imposuit tibi non omittatur, p. 169). Scythicam versionem Norrisius reddit sequentibus: O man! what [is] of Ormazd the law that do not evil think; the path which is commanded do not forsake, do not conceal. (The J. of the R. As. S, vol. 15, p. 151). Persicum archetypum doctissimus Oppertius novissime vertit sequentibus: Homo! illa Oromazis doctrina ista tibi manifestata, ne contemne (eam), viam rectam ne delinque, ne obstrue (mâ śtrava).

In Guzératicis eruditi Parsi Khurséji Rustamji Camae ephemeridibus est Ṣendica versio inscriptionis NRa), quam hic, quum liber apud nos est rarior, mecum a humanissimo Justio communicatam et in usum meum accuratissime conscriptam, apponere lubet, eo magis, quod in hac studiosi juvenes auctoritatem atque effectum Spiegelii nostri, etiam apud remotos Parsos, ut in sacris eorum libris rectius intelligendis et explicandis, sic et in hisce inscriptionibus, cummaxime vigere perspicient.

1. [illegible]

2. [illegible] (sic) [illegible]

3. [illegible]

[illegible]

4. [illegible]

5. [illegible]

6. [illegible]

[illegible] (sic) [illegible]

His addere licet clarissimam Naqši-Rustami sepulchrorum Ker-Porteri descriptionem, qui ipse haec loca visitavit et depinxit, atque adeo unum sepulchrum, cum vitae periculo, est ingressus.

«The face of mountain is almost a perpendicular cliff, continuing to an elevation of scarcely less than three hundred yards; the substance is a whitish kind of marble. In this have been cut the celebrated sculptures and excavations, so long the subjects of discussion with the traveller, the artist, and the antiquary. These singular relics of Persian greatness are placed very near each other, and are all contained within the space of not quite the height of the mountain.

Those highest on the rock are four; evidently intended for tombs, and as evidently of a date coeval with the splendour of Persepolis....

These four sepulchres differ in no way exteriorly, hence we may suppose they vary as little within, and the description of one may, generally, describe them all. The one I examined consists of an excavation of about fourteen feet, cut into the solid rock, in a form something resembling the Grek cross (Vide p. 68). The upright division of it cannot be less than a hundred feet from end to end. The transverse lines present the front of the tomb. The face of the division below them, is a smooth surface; its base terminating in a deep hollow cut in the rock. The highest compartment is thickly sculptured with figures. The front of the tomb is ornamented by four round pilasters, distant from each other about seven feet, and as far from the caverned sides of the excavation. Their bases terminate by a tor on a plinth, projecting from the face of the tomb one foot six inches. Their shafts are crowned dy the double-bulls.. But a horn issues from the foreheads of these. An additional capital (composed of three square stones piled on each other, the smallest and lowest fitting into the cavity between the

bulls'necks, with the largest stone at the top,) supports an architrave, without any decoration, excepting a range of modillions near its upper ledge. The perfect elevation of the front of a building, where that sort of pillar was used, being shewn in the façade of this tomb, we see the intention of the hollow between the bulls'backs; and that the strength of its form is calculated rather for the support of a roof, than the connecting material of a mere colonnade. Hence we may conclude, that wherever we find these capitals, the structure to which they were attached was covered in........... Between the two centre pilasters, is the entrance. The door-frame is finely proportioned, with a curved projecting architrave nicely fluted and divided into leaves. But the greater part of the apparent door is only marked like one; the entrance being confined to a square space of four feet six inches high, in its lower compartment, The breadth in the rock, which the whole front occupies, is fifty-three feet.....

The division above the front of the tomb in the excavation which contains the sculptured figures, and is cut in the way of a sort of frame inclosing them. The representation within consists of a double tier of fourteen figures each, in the style of caryatides, with their hands raised over their heads, supporting two beautifully friezed cornices. The figures are all habited the same, in short tunics; some having their waists bound with a simple belt; and others with a dagger pending from it, on the right hip; all are bare-headed, but the hair being very bushy, has the appearance of a wig. These persons, with the cornices they support, form the face of a kind of elevated platform, something like our ancient table-tombs, but there is no comparison in the dimensions. Each side of the structure is finished by a pillar of a very extraordinary shape. We may divide it into four parts; the base resembles an urn, on which rests the huge paw and limb of a lion, descending from the columnar part of the pillar, which is fluted horizontally half-way up; and from its summit issues the head and shoulders of the unicorn-bull, but without orna-

ments. The back of the neck unites it with the highest cornice, which forms the top of the structure; therefore the heads of the two bulls which form the pillars at each end, rise higher than the plane they support. On this plane stands a figure, elevated on a pedestal of three steps. He is dressed in an ample robe flowing to his ancles; in his left hand he holds a strong bow; his right arm is stretched half out with the hand quite open; bracelets are round the wrists, his head is bare, the hair bushy behind, and neatly curled; his beard falls to the breast. Opposite to him, rises another pedestal of three steps; this is surmounted by an altar, evidently charged with the sacred fire, a large flame of it appearing at the top; high over it, to the right, we see a globular shape, doubtless intended for the sun; of which the fire below was the offspring and the emblem. These altars always stood towards the East, that the worshipper might face the point whence the great source of light ascended; and we here find the orb in the same direction. Another figure floats aloft in the air, between the altar and the Archimagus or High Priest, (for such, it is probable, we may regard the man in the robe,*) appearing as if it had issued from the sun; it approches the man from that point. This aerial personage, or rather, perhaps, divine intelligence, seems supported by something like a collection of sun-beams, thickly carved in waving horizontal and perpendicular lines, interspersed with several divisions of narrow cloud-shaped masses of stone. The radiation is not circular, but forms three distinct collections of rays, pointing east and west, and downwards; they diverge from a ring or halo, out of the midst of which rises the figure; it being entirely above this «beamy chariot», from the waist upwards. It is habited in a robe similar to that of the man on the pedestal with the hair and beard in the same fashion; but the head is covered with a fluted crown; the left hand holds a large and massy ring; the right is elevated and open, as if in the act of

* Nunc jam extra dubium est stantes ante altaria arcitentes imagines esse sepultorum hic regum effigies.

admonition; a couple of bands, apparently the ends of his girdle, flow down through the circle and beams in which the figure appears; thus proving the aerial texture of the seeming vehicle. But when we compare its forms, and the workmanship of its details, and its position with regard to its occupier, with the wings and finely wrought feathers of the bas-relief at Pasagardae (Vide imaginem Cyri p. 6), we, can be in no doubt, from the entire difference between them, that the *radii* we have been describing, form a means of passing through the air totally distinct from the personage that uses it.

I have mentioned that this monumental elevation, with its altar and other appendages, is comprised within a square frame of stone; on the four exterior surfaces, at the front and the sides, we find figures three deep, stationed one abovethe other; those to the right of the altar, with their faces towards the back of the man on the pedestal are clothed in robes similar to his; and they have bonnets on their wig-like hair resembling in shape the crown on the head of the spiritual being described, but with the difference of not being fluted; these persons are armed with spears; there are three of them in a perpendicular line on the front of the western aspect of the frame; and six, rank and file, on the side. In the opposite direction, on that part of the frame which is to the left of the altar, in the front, is a perpendicular line three deep, of figures in precisely the same sort of dress as the spearmen, with the difference of these having no weapons whatever. These also look towards the altar, and appear as mourners, their left hands being raised to their faces halding a part of their garments as if wiping away their tears. Another line of figures is sculptured on the side of the frame, to which the three mourners are the front; but here, only one in three is in a weeping attitude.

Having fully examined the exterior of the tombs, my next object was to penetrate their interior; an attempt of no little danger, as well as fatigue. There were no other means by which a stranger to these heights could reach

them, bnt by the expedient of tying a rope round his waist and some strong arms above, hauling him upwards I immediately looked out for assistants. My mehmendar was at his stories and forebodings again, for tempting such dæmon-wrought places. But the peasantry of this district seemed to know better than to have fear of either deev or difficulty; and one of them more active and sinewy than the rest, managed to scramble up the perpendicular cliff, like a rat hanging by a wall; and, gaining the ledge of the platform, or vestibule to the tomb, he lowered down a rope, by which some of his nimble companions assisted themselves in ascending. I folloved the axample, by fastening the rope round my waist, and by their united exertions was speedily drawn up to the place of rendezvous...... To incur the least possible danger to myself and my assistants, I had selected the tomb that was nearest the ground; but even that was upwards of sixty feet above its level; and I come off with not a few bruises, from hard knocks against the rock, in my swinging ascent.

Having gained the platform, I made my entrance into the tomb by the opening in the lower compartment of the door, and through a depth between the rocky walls of two feet. I then found myself in a vaulted chamber, completely blackened all over by smoke of some kind, either from lamps or other fires; the place was stifling and gloomy; at its farther extremity were three arched recesses, which occupy the whole length of the chamber; each contains a trough-like cavity cut down into the rock, and covered with a stone of corresponding dimensions. Every one of these covers have been broken near the corners, evidently to give a view to the person who committed the mischief, of what the sarcophagus might contain. I had a light introduced into the whole three, by which I saw the remotest cranny, and all were alike perfectly empty; not even any loose dust, that might have witnessed some former mouldered inhabitant. If these covers have at any time been removed, they have been very carefully replaced.

The length of the cave which forms the whole tomb, is

thirty-four feet, its height nine; each catacombe containing the deepened cavity for the body, is also nine feet from the top of its arch to the bottom of the cavity; the length of the sarcophagus cavity is eight feet three inches by five feet, its depth four feet four inches; the rest of the height being contained in the bend of the arch. The open space of the chamber, between the catacombs and the door, is about five feet; the entrance had originally been closed by a block, or blocks of stone, the deep holes being visible on each side which received their pivots. I observed some vestiges within of the mode of hanging so ponderous a security; but the avidity of the spoilers for lead and iron has injured every part where the objects of their cupidity could be rent away. The surface of the door, as it appears without, is divided into four compartments; the lower one is entirely taken away, beeing now quite open to the air, with a small part also of the second division broken off, which probably happened when the passage was forced.... The actual door of entrance, from every mark that remains of its former position, could not have been more than four feet in height, but the space is now six inches higher, since that much was broken away from the compartment above.

Quae sequuntur Darii H. sepulchrum respiciunt luculenterque strenuum atque eruditum peregrinatorem recte de hoc sepulchro sententiam tulisse produnt.

Among the three remaining tombs, that which lies farthest to the eastward of the one I had explored, is cut in a receding angle of the mountain, and therefore faces the west; from which fortunate position, its sculptured surface is less exposed to the burning effect of the sun, or any other injurious extreme in the weather; hence the delicate chiselling of its figures and their ornaments, with other exterior parts of the tomb, are in finer preservation than the others which look directly south-east. The second tomb from this last mentioned, is the only one whereon the marks of inscription can be traced; BUT OVER THE WHOLE TABLET OF THE UPPER COMPARTMENT, LETTERS ARE VISIBLE WHEREVER THEY COULD BE INTRODUCED; ABOVE THE FIGURES, BETWEEN THEM

AND THE ALTAR, ALONG THE SIDES, FROM TOP TO BOTTOM, IN SHORT, EVERY WHERE, WE SEE IT COVERED WITH THE ARROW-HEADED CHARACTERS, AND IN GOOD PRESERVATION. In the compartment below the sculptured division, inscriptions are there also between the two pillars on the left of the door; I counted several hundred lines, but these appeared in a very impaired state; any of the writing is with difficulty discerned with the naked eye, the tomb being so very high from the plain where I stood; but with my glass, I could discover every letter perfectly distinct. What a treasure of information doubtless was there to the happy man who could decypher it? It was tantalizing to a painfull degree, to look at such «a sealed book», in the very spot of mystery, where, probably, its contents would explain all. But it certainly is a very distinguishing peculiarity of this tomb, that it alone should contain any inscription, and that the writing on it is so abundant; a circumstance that might warrant the supposition of this being the tomb that was cut by the express orders of Darius Hystaspes to receive his remains; for Strabo mentions that an inscription was on it, and part of which he gives. By great labour, and patience, and time, and the aid of a telescope, this invaluable relic might be copied». (Travels in Georgia, Persia, Armenia, ancient Babylonia etc. etc. By Sir Robert Ker Porter, 1821, vol. 1, pp. 516—524).

Utinam ingeniosissimi viatoris vota verbaque, praesertim autem, quae hic dictinctis characteribus consilio excudenda curavi, postquam in hocce volumine etiam una majorum sepulchralis Darii H. praeclara inscriptio, ad clariss. Westergardii apographum publici juris factum, typis repetita atque explicata sit (pp. 77—79), vires novo alicui strenuo viatori addidissent, qui etiam reliqua, quae sunt Naqši-Rustami, Darii H. describeret, optimeque locato labore, pulcherrimum sic philologicis et historicis scientiis incrementum afferret.

Plenitudini atque absolutioni alicui Darii H. inscriptionibus praebendis, his etiam edictum ejus de restituendo Hierosolymis unici Dei templo, quem Chaldaico sermone conscriptum Esdras (VI, 6—12) servavit, nec non locos e Graecis scriptoribus, quorum notitia nobis fuerit, ubi vel de aliqua inscriptione nobilissimi regis agi, vel hanc citatam deprehendimus, apponere placet.

כען תתני פחת עבר־נהרה שתר בוזני וכנותהון אפרסכיא די בעבר
נהרה רחיקין הוו מן־תמה: שבקו לעבידת בית־אלהא דך פחת יהודיא
ולשבי יהודיא בית־אלהא דך יבנון על־אתרה: ומני שים טעם למא די־
תעבדון עם־שבי יהודיא אלך למבנא בית־אלהא דך ומנכסי מלכא די
מדת עבר נהרה אספרנא נפקתא תהוא מתיהבא לגבריא אלך די־לא
לבטלא: ומה חשחן ובני תורין ודכרין ואמרין · לעלון · לאלה שמיא חנטין
מלח · חמר ומשח כמאמר כהניא די־בירושלם להוא מתיהב להם יום
ביום די־לא שלו: די־להון מהקרבין ניחוחין לאלה שמיא ומצלין לחיי
מלכא ובנוהי: ומני שים טעם די כל־אנש די יהשנא פתגמא דנה יתנסח
אע מן־ביתה וזקיף יתמחא עלהי וביתה נולו יתעבד על־דנה: ואלהא די־
שכן שמה תמה ימגר כל־מלך ועם די · ישלח ידה להשניא לחבלה בית־
אלהא דך די־בירושלם אנא דריוש שמת טעם אספרנא יתעבד:

Herod. III. 88: Πρῶτον μέν νυν τύπον ποιησάμενος λίθινον ἔστησε (sc. Darius)· ζῷον δέ οἱ ἐνῆν ἀνὴρ ἱππεύς· ἐπέγραψε δὲ γράμματα λέγοντα τάδε· Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπεος σύν τε τοῦ ἵππου τῇ ἀρετῇ (τὸ οὔνομα λέγων) καὶ Οἰβάρεος τοῦ ἱπποκόμου ἐκτήσατο τὴν Περσέων βασιληΐην.

Onesicritus, apud Strabonem (XV, 3), mentionem facit sequentis inscriptionis, quae super Darii H. sepulchro incisa esset: Φίλος ἦν τοῖς φίλοις, ἱππεὺς καὶ τοξότης ἄριστος 'εγενόμην· κυνηγῶν 'εκράτουν· πάντα ποιεῖν ἠδυνάμην.

His addere licet quae Porphyrius philosophus (Περὶ ἀποχῆς 'εμψυχῶν) de Darii H. quadam inscriptione, ab ipso parata, tradit: Παρά γε μὴν τοῖς Πέρσαις οἱ περὶ τὸ θεῖον σοφοὶ καὶ τοῦτο θεράποντες Μάγοι μὲν προσαγορεύονται· τοῦτο γὰρ δηλοῖ, κατὰ τὴν 'επιχώριον διάλεκτον, ὁ Μάγος· οὕτω δὲ μέγα καὶ σεβάσιμον γένος τοῦτο παρὰ Πέρσαις νενόμισται, ὥστε καὶ Δαρεῖον

τοῦ Ὑστάσπου ἐπιγράψαι τῷ μνήματι πρὸς τοῖς ἄλλοις ὅτι καὶ μαγικῶν γένοιτο διδάσκαλος.



III.

INSCRIPTIONES XERXIS.

Inscriptiones Persepolitanae.

D.

Super unaquaque quatuor pilarum propylaeorum Xerxis.

1. Deus *est* magnus Auramaşdas, qui hanc terram creavit, qui illud caelum creavit, qui praestantiam creavit hominis *prae ceteris animantibus,* qui Xerxem regem fecit, unum multorum regem, unum multorum imperatorem.

2. Ego Xerxes *sum,* rex magnus, rex regum, rex provinciarum multigenarum [quas diversi, imperio meo subjecti, populi constituunt], rex hujus terrae magnae longitudinem ad [quod ad longitudinem], Darii regis filius, Achaemenides.

3. Edicit Xerxes, rex magnus: Gratia Auramaşdae, hanc portam omnium-regionum [per quam omnibus gentibus, quae provincias Persici imperii constituunt, libera ad me accessio patet][1] ego

---

[1] Vide J. Fergusson: The palaces of Nineveh and Persepolis restored, 1851, p. 112; Lass.: *Ex voluntate Auramazdis hanc portam populis intrandam ego exstruxi;* Rawl.: By

extruxi. Valde aliud-quodque *etiam* venustum [valde venustum] factum est ab hoc Persa[1] [i. e. Persarum ope, quî populus et potestatis, et magnitudinis nostrae, unicus est auctor], quod *et* ego perfeci [cujus perficiendi vel ego auctor sum,— multa etiam alia elegantissima architectonicae artis monumenta, peragentibus Persis, vel a me sunt extructa], et-meus quod pater fecit [vel quae, ejusdem populi Persici ope, a patre meo sunt exstructa], *ita ut* quodcunque ad hic exstructum conspicitur elegans [respiciendo ad quodcunque exstructum, si pulchrum et elegans prae se fert—], hoc omne, gratia Auramaṣdae, *ego et meus pater* fecimus.

4. Edicit Xerxes rex: Me Auramaṣdas custo-

---

the grace of Ormazd I have made this gate of entrance (or this great portal?); Opp.: Cette porte, qui montre tous les pays, je l'ai construite; Spieg.: habe ich diesen Thorweg gemacht, der alle Völker zeigt (alle Länder darstellend). Utraque antiqua versio nisi Persicam vocem viśadahyum, ut jam Rawlinsonius notavit, characteribus Assyricis et Scythicis expressam refert, quod portae structuram ac momentum Persicis regibus peculiarem esse indicat.

[1] Notetur etiam architectonicas magnificas constructiones pietatis fuisse filii Darii civium suorum fortitudini et ingenio adscribere [Confer quae ad NR a), 4, annotavi]. Voces tamen anâ Pârśâ a plerisque interpretibus explicantur: in hac Perside. Spiegelius suspicatur anâ Graeco ἀνά respondere, ut sit: per Persida, in Perside, quod Assyrica versione confirmari videtur (ad fidem clariss. Oppertii in Assyrica versione est: in Perside ista). Sed vidimus jam archetypi sensum versiones, quae alienigenis destinatae erant, non semel in his, quae nisi Persarum interesse potuerant, immutasse (conf. ex gr. inscript. Alvand. O. 2).

dito, et meum regnum; et quod a-me-est factum, et quod-a-meo patre *est* factum, *omne hoc* unumquodque Auramaṣdas custodito.

G.

Super postibus palatii Xerxis.

Xerxes, rex magnus, rex regum, Darii regis filius, Achaemenides[1].

E a) et E b).

Super pariete inter scalas utrinque et super occidentalium scalarum parietibus Xerxis palatii.

1. Deus magnus *est* Auramaṣdas, qui hanc terram creavit, qui illud caelum creavit, qui hominem creavit, qui praestantiam *prae ceteris animantibus* creavit hominis, qui Xerxem regem fecit, unum multorum regem, unum multorum imperatorem.

2. Ego *sum* Xerxes, rex magnus, rex regum, rex provinciarum multigenarum [quae ex multifariis hominum gentibus constant], rex hujus terrae magnae spatium ad [quod ad spatium, spatio], Darii regis filius, Achaemenides.

---

[1] Inscriptio in postibus, super Xerxis imagines, utrobique repetita, eademque etiam in inferiori vestis regiae parte exarata erat, sed a rerum raritate notabilium venditoribus hic paene omnino jam est deleta (Vide Cl. J. Rich, Narrative of a Journey to the site of Babylon, 1839, pl. XIX).

3. Edicit Xerxes, rex magnus: Gratia Auramaṣdae hanc aedem ego condidi. Me Auramaṣdas custodito cum diis, et meum regnum, et quod a me conditum est[1].

[1] Ultimus inscriptionis §-us in Assyrica versione, secundum Oppertium, expressus est sequentibus: Xerxes rex magnus dicit: Quae ego hic feci et in terrà extera feci, omniaque quae non feci in umbra Oromazis feci. Me Oromazes protegat cum diis et regnum meum et quae feci. Eandem inter Persicum archetypum et Scythicam versionem notat vir clarissimus differentiam, cujus rationem explicare conatur sequentibus: Mais pourquoi Xerxès aurait-il parlé de tout ce quil n'a pas fait? Avant de bâtir les palais de Persépolis, au moins avant d'avoir eu le temps de les achever, le roi entreprit l'expédition de Grèce, et, en revenant d'Athènes, il détruisit les temples de Babylone. C'est à ces exploits que le monarque perse semble faire allusion, et nous ne devons pas nous étonner s'il emploie ici une litote, en exprimant sa destruction comme une *non factio*. Il semble ressortir avec évidence, de tout ce que nous avons dit, que cette traduction assyrienne avait été faite spécialement en vue des Sémites, et peut-être la destination de l'édifice, coté N par Ker Porter, se rattachait-elle à la prise de Babylone. Le mot «ailleurs» qui ne se revoit jamais dans ce sens, semble indiquer spécialement les pays soumis auxquels le roi Xerxès fait allusion, au sujet de ses oeuvres de destruction; car, s'il avait voulu parler de ses constructions, il aurait pu en dire un mot dans l'inscription de Van (Expéd. scientif., II, 163). — Quod ad me, etiam si hic est Assyricae versionis sensus, quem vir doctissimus exhibet, perquam dubiam explicationem ejus existimo, quum minime utique probabile sit Xerxem, vel quemque alium, aedium vastationem—absentiam facti posse nominasse. Conf. § 3-um inscriptionis A.

C a) et C b).

Ad summam pilam prope meridionales scalas palatii Darii H. et in earundem scalarum parietibus.

1. Deus magnus Auramaṣdas *est,* qui hanc terram creavit, qui illud caelum creavit, qui hominem creavit, qui praestantiam *prae ceteris animantibus* fecit hominis, qui Xerxem regem fecit, unum multorum regem, unum multorum moderatorem.

2. Ego Xerxes *sum,* rex magnus, rex regum, rex provinciarum multigenarum [quas multifariae hominum gentes incolunt], rex hujus terrae magnae longitudinem ad [longitudine], Darii regis filius, Achaemenides.

3. Edicit Xerxes, rex magnus: Gratia Auramaṣdae hanc aedem Darius exstruxit, qui mei pater *fuit.* Me Auramaṣdas custodito cum deis; et quod-a-me conditum *est,* et quod-a-meo patre, Dario rege, est conditum, *omne* hoc-quodcunque Auramaṣdas servato cum deis.

A.

In scalis palatii Xerxis.

1. Deus magnus *est* Auramaṣdas, qui hanc terram creavit, qui illud caelum creavit, qui hominem creavit, qui praestantiam *prae ceteris animantibus* creavit hominis, qui Xerxem regem fecit, unum multorum regem, unum multorum moderatorem.

2. Ego Xerxes, rex magnus, *sum,* rex regum, rex provinciarum multigenarum [quas multifariae hominum gentes incolunt], rex hujus terrae magnae longitudinem ad [quod ad longitudinem, — longitudine, spatio], Darii regis filius, Achaemenides.

3. Edicit Xerxes, rex magnus: Quod a-me est conditum hic, et quod a-me praeterea [alias] *est* conditum, hoc omne gratia Auramaṣdae feci, me*que* Auramaṣdas custodito cum deis, et meum regnum, et quod-a-me conditum *est.*



Inscriptio Alvandensis.

F.

1. Deus magnus *est* Auramaṣdas, qui maximus *est* deorum, qui hanc terram creavit, qui illud caelum creavit, qui hominem creavit, qui praestantiam *prae ceteris animantibus* fecit hominis, qui Xerxem regem fecit, unum multorum regem, unum multorum moderatorem.

2. Ego Xerxes *sum,* rex magnus, rex regum, rex provinciarum multigenarum [quae ex multifariis hominum gentibus constant], rex hujus terrae magnae longitudinem ad [quod ad longitudinem, longitudine], Darii regis filius, Achaemenides.



Inscriptio Vanensis [1].

K.

1. Deus magnus *est* Auramasdas, qui maximus *est* deorum, qui hanc terram creavit, qui illud caelum creavit, qui hominem creavit, qui praestantiam *prae ceteris animantibus* fecit hominis, qui Xerxem regem fecit, unum multorum regem, unum multorum moderatorem.

---

[1] Locus, ubi haec inscriptio est incisa, sequentibus a Schulzio, qui eam primus publici juris fecit, describitur: «Là où l'on admire d'en bas l'énorme hauteur de ce rocher, où il est le plus escarpé et avec le plus de soin taillé à pic, on voit, à peu près à soixante pieds au-dessus du niveau de la plaine, une grande table carrée taillée dans le roc, divisée par des lignes perpendiculaires en trois colonnes, dont la première est presque aussi large que les deux autres ensemble. Les caractères cunéiformes dont elle est couverte sont de la plus grande beauté; à quelques légers dégâts près, dans la seconde et dans la troisième colonne, ils ne pourraient être mieux conservés si on les avait exécutés hier. Ces trois colonnes se composent chacune de vingt-sept lignes. Cette inscription est celle du Khorkhor nº VIII (in tab. auctoris), laquelle je n'ai pu approcher; je l'ai copiée, à l'aide d'une très-bonne longue-vue, de la maison la plus près d'elle, du kiosque d'un mollah. Vu son excellente conservation et la netteté de ses caractères, il n'y aurait pas eu, dans ce mode de copier, le moindre inconvénient, si la terre qui s'est accumulée au pied de la table n'avait pas couvert les dernières lignes des deux premières colonnes, tandis que la troisième était visible en entier».

«Malheureusement des causes majeures ont dû empêcher le pacha de faire nettoyer cet endroit, comme il me l'avait

2. Ego Xerxes *sum,* rex magnus, rex regum, rex provinciarum multigenarum [quas multifariae hominum gentes incolunt], rex hujus terrae magnae longitudinem ad [quod ad longitudinem, spatio], Darii regis filius, Achaemenides.

3. Edicit Xerxes rex: Darius rex, qui mei pater *fuit*, iste, gratia Auramaṣdae multum, quod elegantissimum *est* construxit, atque hunc locum [saxi nempe latus] ille edolare imperavit, ubi[1] literas non inscriptas perfecerat [inscriptione tamen hoc saxum munire non illi datum erat]. Postea ego imperavi istam inscriptionem inscribi...[2]

---

promis, par un homme que l'on s'était proposé de descendre d'en haut, à l'aide d'une grande corde» cet. (Journ. As. 1840, t. IX, p. 277). His clariss. Rawlinsonii liceat verba adscribam, quae spem genuini utique inscriptionis exitus quandocunque possidendi confirmant: M. Boré's manuscript observes, that the closing lines of the inscription are concealed from view by weeds and moss, and it is likely, therefore, that these obstructions may be some day cleared away, and we may thus obtain a complete copy of the writing. (The Journ. of the Roy. As. Soc. Vol. X, p. 336).

[1] 𐎹𐎴𐎡𐎹 pro locativo pron. rel. *ya* cum Rawlinsonio accipio. Relativum in *ya* vidit etiam clariss. Oppertius qui phrasin novissime vertit: Pourtant il n'inscrivit rien sur cette table (Exp. Sc. II, p. 141). Rawl. yanaiy valorem Sanscr. yasmin habere suspicabatur (The Journ. of the R. A. S., X, p. 336) opinionemque in Palaeo-Persica lingua etiam rel. *ya* extitisse derivatorum exemplis (yatâ, yadiy) confirmat. Neutri harum interpretionum, neque Bollensenii qui yana naiy legendum esse censet, accedit Spiegelius vertitque simpliciter τὸ yanaiy Germanice: aber. Vide: Die altpers. Keilinschr., p. 109.

[2] Conclusio inscriptionis a clariss. Oppertio, ad versionem Assyricam, suppletur sequentibus: Mâm Auramaṣdâ

pâtuv hadâ bagaibis utâmaiy khsatram utâ tyamaiy kartam (Exp. Sc., t. II, p. 150), quae Spiegelius Germanice vertit: Möge mich Auramazda schützen sammt den Göttern und mein Reich und mein Werk. — Inscriptionem non loco unice, a Dario H. edolato, literis implendo, sed monumento alicui (quamvis abruptissima rupes, vel si humanis manibus constructa, ipsa monumentum videri potest), quod seculorum lapsu evanuit, illustrando destinatam esse doctissimus Oppertius Assyricae versioni innitendo, putat, cujus verba hic apponere licet: «Nous n'avons pas vu le monument de Van; mais nous soupçonnons qu'il ne s'agit pas d'une inscription toute seule, mais d'une stèle entière, où, selon l'usage assyrien, l'inscription se trouve au travers de la figure. Le roi Darius n'avait pas fait préparer une table avec l'intention de n'y point mettre d'inscription; mais il fit faire un bas-relief sur lequel son fils fit graver cette légende insignifiante. Cette circonstance est toujours intéressante, parce qu'elle nous explique pourquoi nous n'avons pas ici (ad calcem scil. inscriptionis) dans l'assyrien le mot ordinairement employé pour «table», mais celui dont on se sert pour «bas-relief» (Expéd. Scient., II, p. 148).



Super vaso Comitis Caylus

Q a).

Xerxes, rex magnus.

---

[1] Asservatur Parisiis in Louvrio. Fragmenta similium quatuor vasorum ex alabastrite cum eadem quadrilingui inscriptione etiam in Susa a clarissimo Williamo K. Loftus sunt inventa hodieque in Britannico Museo asservantur. (W. K. Loftus, Travels and Researches in Chaldaea and Susiana, 1857, pp. 409—410).



IV.

INSCRIPTIO ARTAXERXIS I.

Inscriptio Veneta.

(Super vaso e cineraceo porphyrite).

Artaxerxes, rex magnus[1].

---


[1] De rationibus, quibus inscriptio et vasum ad Artaxerxem I-mum (Longimanum) referri potest, vide Spieg.: Die altpers. Keilinschr., p. 110. E celeberrimi regis tempore, in ejus vernacula lingua nisi tres voces, interque has proprium ejus nomen, ab extraneo artifice foedatum, supersunt. Hic rex tertius, post Cyrum, fuit, a quo edictum de unici Dei cultu in Hierosolymis firmando deque restituendis in juribus suis Judaeis, quibus patrii soli possessio, quo ab Assyriae regibis privati erant, reddebatur, promulgatum erat. Notatu dignum in edicto hoc, quod itidem annotationi nostrae subjungimus, Persiae regem juxta se etiam septem consiliatores suos, ut regiae auctoritatsis ocios, nuncupare (Conf. Her. III, 84 ibique annotationem Baehrii ad voces: γαμέειν μὴ ἐξεῖναι). Edictum scriptum est ad ipsum Esdram, cui rerum Judaicarum cura et administratio a rege demandatur.

ארתחשסתא מלך מלכיא לעזרא כהנא ספר דתא די־אלה שמיא
גמיר וכענת: מני שים טעם די כל־מתנדב במלכותי מן־עמא ישראל
וכהנוהי ולויא למהך לירושלם עמך יהך: כל־קבל די מן־קדם מלכא
ושבעת יעטהי שליח לבקרה על־יהוד ולירושלם בדת אלהך די בידך:
ולהיבלה כסף ודהב די־מלכא ויעטוהי התנדבו לאלה ישראל די בירושלם

משכנה : וכל כסף ודהב די תהשכח בכל מדינת בבל עם התנדבות עמא
וכהניא מתנדבין לבית אלההם די בירושלם : כל־קבל דנה אספרנא תקנא
בכספא דנה תורין דכרין אמרין ומנחתהון ונסכיהון ותקרב המו על־מדבחא
די בית אלהכם די בירושלם : ומה די עליך ועל־אחיך ייטב בשאר כספא
ודהבה למעבד כרעות אלהכם תעבדון : ומאניא די־מתיהבין לך לפלחן
בית אלהך השלם קדם אלה ירושלם : ושאר חשחות בית אלהך די
יפל־לך למנתן תנתן מן־בית גנזי מלכא : ומני אנה ארתחשסתא מלכא
שים טעם לכל גזבריא די בעבר נהרה די כל־די ישאלנכון עזרא כהנא
ספר דתא די־אלה שמיא אספרנא יתעבד : עד־כסף כברין מאה ועד־
חנטין כורין מאה ועד־חמר בתין מאה ועד־בתין משח מאה ומלח די־לא
כתב : כל־די מן־טעם אלה שמיא יתעבד אדרזדא לבית אלה שמיא
די־למה להוא קצף על־מלכות מלכא ובנוהי : ולכם מהודעין די כל־כהניא
ולויא זמריא תרעיא נתיניא ופלחי בית אלהא דנה מנדה בלו והלך לא
שליט למרמא עליהם : ואנת עזרא כחכמת אלהך די־בידך מני שפטין
ודינין די־להון דאנין לכל־עמא די בעבר נהרה לכל־ידעי דתי אלהך ודי לא
ידע תהודעון : וכל־די־לא להוא עבד דתא די־אלהך ודתא די מלכא אספרנא
דינה להוא מתעבד מנה הן למות הן לשרשו הן־לענש נכסין ולאסורין :

Vasum Artaxerxis I, in quo quadrilinguis inscriptio est exsculpta, Venetiis in S. Marci aerario asservatur, quumque imaginem ejus possidendi nulla nobis facultas data fuisset, inscriptionibus, quas Adrianus de Longpérier in doctissimo tractatu suo: *Vase fabriqué en Égypte pendant la domination perse* publici juris fecit (Revue archéologique, 1844, I, p. 446), quaeque toties jam a doctissimis viris, a Lasseno incipiendo, repetitae sunt, absque ulla ipsius vasi delineatione (quod, ceterum, Xerxis vaso, operis nostri p. 111 exhibito—quum utrumque, Aegypti fabricatum, plane eandem inscriptionum dispositionem, ut ex de Longpérieri apographo constat, prae se ferret—facile unicuique simillimum putandum erat), supersedimus hasque operis nostri 114 p. accuratissime exhibendas curavimus. His ita positis inscriptiunculaeque textu et transcriptione jam excusis (pp. 115 et 49), laetissimo omine, Petrus Lerchius, vir mihi amicissimus, delineationem ipsius vasi, nondum hucusque publici juris facti, cum quadrilingui ejus inscriptione, quam, cura atque humanitate doctissimi Regiae Bibliothecae Marcianae Bibliothecarii Josephi Valentinelli, diligentissime Venetiis in S. Marci aerario descriptam atque missam sibi obtinuit, mecum com-

1. VASUM VENETUM, AD F. J. VALENTINELLI.



municavit, mihique, sic, quod operi nostro archaeologicum documentum deesset, copiam hic apponendi dedit. Ipsae etiam inscriptiones in hoc novo apographo verius atque diligentius descriptae videntur nomenque regis non adeo barbarum hic apparet, quum in voce Longpérianum [cuneiform] (i), quod a doctis viris in [cuneiform] (ć) mutari debuerit, plane et distincte literam [cuneiform] (d) referat, genuinoque Persico [cuneiform] (t) clarissime utrobique sonorior litera [cuneiform] (d) respondeat; quae scriptura etiam cum biblico (ארתחשׁשׁתא), ubi utrumque ת non est aspiratum, mea quidem sententia, sat commode quadrare videtur. Ultimae denique inscriptionis voces [cuneiform] et [cuneiform], quae Longpériani ἀπογραφέως incuria, nescio quibus maculis obrutae exhibitae erant nec, nisi divinando, a doctis viris sunt repositae, in apographo nostro itidem clarissimae sunt, ita ut in textu operis nostri pro [cuneiform] [cuneiform], ut p. 115 est expressum, nunc tutissime [cuneiform], in transcriptione vero (p. 49) Ardakćasda kšâyatiya vaṣarka, pro Ardakćasća kšâyatiya vaṣarka reponere possis.



V.

INSCRIPTIO DARII II.

Inscriptio Persepolitana.

L.

Super fenestrarum postibus in palatio Darii II.

Culmen palatii [palatii fastigium] *a* Darii regis cognato exstructum [1].

---

[1] Inscriptio, secundum Ouseleyum et Flandinium octodecies, ad fidem vero illustr. collegae mei, qui itidem Persepolim visitaverat, Eliae Berezin, octies, in duorum conclavium, quae probabiliter Darii II. palatii fastigium efficiebant, fenestrarum aediculis, repetita, nusquam tamen, ad ejusdem doctissimi collegae relatum, integrum statum conservavit, quae praecipua causa est, ut opinor, maximae difficultatis, quam viri doctissimi in hac explicanda sunt experti. En doctissimorum interpretum, a Westergaardo incipiendo, breviusculae inscriptionis versiones—W.: Alta (haec) arx (est) Darii regis gentis palatium; Lass.: *Altis substructionibus* (exstructa) *arx gentis Darii hominum tutoris;* Rawl.: Done by Ardastá, the builder, the relative of King Darius, cui versioni tamen vir doctissimus praefert suam alteram: «a worthily placed building (or the building of Ardastana) made for the family of Darius the King» huicque adjicit temporariam tertiam: «Executed by Ardastá, the architect for the palace (or in the palace) of King Darius; Opp.: Chambranle de

pierre (?), fait dans le palais du roi Darius; Norrisius: marble hall (or arch) built for the family of Darius the King; Berezinius, ad Scythicae versionis sensum: *Возвышеннаго арка* (цитадели съ дворцомъ государя) *Дарія Государя аппартаментъ;* Spieg.: Hochbau von Stein, durch einen Clangenossen des Königs Darius ausgeführt. Quod ad me, accedendo prope ad interpretationem Spiegelii, minime velim ut quisquam me sub vitiyâ, i. e. regi cognato, architectum palatii fastigii, sive aedium fabrum, hic intelligere voluisse arbitretur; quin potius pars haec palatii, ut Berezinii interpretatio suggerit, sumptibus, vel, quod probabilius mihi videtur, e consilio alicujus regis cognatorum exstructa, mea quidem sententia, esse potuit, ipsaque inscriptio, sic, quasi aliquod erga regem affinium ejus amicitiae monimentum, ipsius regis forsitan jussu, effecta fuerit.

Quum regis nominis delineatio 𐏋, ut Suezensis inscriptio probavit, jam in Darii II. inscriptionibus usitata esset, inscriptiuncula certe ad hunc regem, ut quae in Londinensi cylindro servata est, referri posset; non tamen a Spiegelio, qui ad Darium II eam retulit, in praesentia, recedendum putavi, quum, quae in ea sunt difficilia, ut e grammaticis saltem legibus, explicentur, semper etiam degenerantis linguae, qualis est posteriorum temporum inscriptionum, aliquam speciem prae se ferre videntur.



VI.

INSCRIPTIONES ARTAXERXIS MNEMONIS.

Susianae.

S.

a.

Super pilae basi in minore columnarum serie.

Ego *sum* Artaxerxes, rex magnus, rex regum, Darii Regis filius [1].

---

[1] Parvam hanc inscriptionem, ad clariss. Loftusii (vide infra) verba, literis Palaeo-Persicis, graphicas et grammaticas formas majoris (a) in hac reddendo, reposui et verti. De inscriptionis situ clarissimus Loftusius refert sequentibus:

....«At this point (scil. in extremo meridionali angulo magni aggeris; vide in tabula situs Susorum delineationem exbibente operis nostri p. VII ad lit. L), which projects considerably beyond the rest of the mound, there once stood another columnar edifice in a similar style of ornamentation to that already described. It had, however, been entirely destroyed, and its fragments were used for the pavement of other edifices

b.

Super pilae basi in magna columnarum serie.


1. Edicit Artaxerxes, rex magnus, rex regum[1], rex provinciarum, rex hujus terrae, Darii[2] regis filius.

2. Darius *fuit* Artaxerxis regis filius, Artaxerxes Xerxis regis filius, Xerxes Darii regis filius, Darius Hystaspis filius, Achaemenides[3].

---

by the after-races who secured possession of the site. Among these were fluted shafts, bases of small columns, panels and cornices of marble adorned with the favourite rosette. The later edifice was equally destroyed, only eight feet of earth remaining above the rudely constructed pavement. Here and there were dug up column bases, miniature copies of the large bell-shaped *monoliths* in the great palace, elegantly, but, of course, not so highly sculptured. Immediately below the torus, around the swell of the bell, upon one of these ran the trilingual inscription:

«I am Artaxerxes, the Great-King, the King of Kings, of König Darius the Son». Travels and Researches in Chaldaea and Susiana by William Kennet Loftus, 1857, pp. 401—402.

[1] Scriptura archetypi  ideographum  hic pro themate vocis ksâyati usurpatum vocemque sic minime esse barbaram, ut quae ksâyatiyânâm pronuncietur, affatim mihi probare videtur.

[2] Dârayavusahyâ, soloec. pro Dârayavahus. — De ceteris soloecismis vide in annotationibus ad sequentem Artaxerxis Ochi inscriptionem, cujus duo integra exemplaria remanserunt, quum haec iisdem etiam scatet.

[3] Anomalia usus et formae casuum admittit, ut hic §-us etiam cum 1-mo jungatur ad normam versionis Assyricae, quam vide in sequenti annot.

3. Hoc templum Darius atavus-meus construxit.... Postea.... Artaxerxes avus-meus... Anahita et Mithras[1]. Gratia Auramaṣdae templum ego condidi. Auramaṣdas, Anahita et Mitras servato....[2]

---

[1] In archetypo hic et inferius nisi [cuneiform] restitit.


[2] Totam hanc inscriptionem clariss. Oppertius, ad versionem Assyricam, vertit sequentibus: «Dicit Artaxerxes, rex magnus, rex qui rex regum, rex provinciarum quae in superficie terrae universae: filius Darii regis, Darii regis filii Artaxerxis regis, Artaxerxis regis filii Xerxis regis, Xerxis regis filii Darii regis, Darii regis filii Hystaspis, ex stirpe Achaemenidarum. Istud nomine **Apadanum** Darius atavus meus fecit in aetate anteriore antea; Artaxerxes pater patris mei paene (?) finivit: in tutela Oromazis Anaïtidis et Mithrae ego hoc nomine **Apadanum** perfeci. Oromazes Anaitis et Mithras me protegant ab omni injuria et quae ego feci; non infestarunt, non vastarunt ea. «(Expéd. Scient. 1859, II, pp. 194—195).

Norrisius, ad Scythicam versionem: Says Artaxerxes, king great, king of kings, king of the country, king of this earth, Darius king's son. Darius [was] Artaxerxes king's son; Artaxerxes [was] Xerxes king's son; Xerxes [was] Darius king's son; Darius [was] Hystaspes' son, Achaemenian: this temple (**abatana**) Darius ancestor my made; afterwards by Artaxerxes my grandfather it was restored; (?) by help of Ormazd, Tanaitis, [and] Mithra I placed temple this in (?); Ormazd, Tanaitis, [and] Mithra me protect with the gods (?) and all that I have done.... (Says Artaxerxes, the great king, the king of kings, the king of the country, the king of this earth, the son of king Darius: — Darius was the son of King Artaxerxes, Artaxerxes was the son of King Xerxes, Xerxes was the son of King Darius, Darius was the son of Hystaspes, the Achaemenian. Darius, my ancestor, anciently built

this temple, and ofterwards it was repaired (?) by Artaxerxes, my grandfather: By the aid of Ormazd, I placed the effigies of Tanaitis and Mithra in the temple. May Ormazd, Tanaitis, and Mithra protect me, with the [other] gods (?), and all that I have done».....

Quod ad hujus inscriptionis locum locique situm, ipsius clarissimi viatoris verba, qui primus has inscriptiones detexit, e praestantissimo libro suo excerpta indeque etiam magnae Susianarum columnarum seriei ichnographiam desumptam juvat hic, commodo lectorum, apponere.

2. Susianarum columnarum ichnographia [1].



«The most interesting discovery, however, connected with this columnar edifice is the fact that, in each of the two most northerly rows of the great phalanx, the two central square pedestals (Nos. 1, 2, 3 and 4) were or had been inscribed with trilingual cuneiform records. These were cut around the ledge, but the fall of the columns had so materially injured them

[1] Columnarum bases detectae.
Bases non inquisitae.
Bases cum inscriptionibus trilinguibus.
☐ Bases absque ullis superstitibus reliquiis.

(darś), 3. pers. impf. adarśnaus, audere. Şend. darĕś, Sanscr. 'darś ('dṛś), Gr. θαρσ-εῖν, θάρσος, Slav. дерз-ать.

1. 𐎭𐎼𐏁𐎶 (darśam), omni contentione, valde. Conf Şend. darś, Sanscr. 'darś ('dṛś).

2. 𐎭𐎼𐏁𐎶 (darśama), insolentia, ferocitas. Conf. Şend. darś, Sanscr. 'darś ('dṛś). Lectio vocis, (Beh., I, 13), teste Rawlinsonio, est dubia. Corrigente Oppertio: haćâ darśata, quod, opinante Spiegelio, analogum esset τῷ haća paruviyata.

𐎭𐎿𐎫 (dasta), loc. dual. daśtayâ, manus. Neop. دست, Şend. şasta, Sanscr. hasta, Germ. Hand.

𐎭𐏁𐎲𐎼𐎡 (daśabari), dextram porrigens, submissus.

𐎭𐏃𐎹𐎠𐎢𐏁 (dahyâus), acc. dahyâum, in compp. dahyum, loc. dahyauvâ; nom. plur. dahyâva, gen. dahyunâm, loc. dahyuśuvâ, regio,—provincia. Arm. դեհ (deh), Şend. daqyu, daṇhu, Neop. ده, Sans. ved. dasyu (dâsa).

𐎭𐎠 (dâ), 3. pers. s. imper. dadâtuv, 3. pers. s. imperf. adadâ, 3. pers. s. aor. adâ; ponere,—condere, creare,—facere,—dare. Şend. dâ, Neop. دادن, Sans. dâ et 'dâ, Lat. da-re et con-dere, Gr. δι-δό-ναι et τι-θέ-ναι, Slav. да-ть, да-ю et дѣ-ть, на-дѣть cet. Arm. տալ (tal).

𐎭𐎠𐎴 (dân), 3. pers. s. imperf. adâna. Şend. şan, Neop. دانستن, Germ. kennen, Sanscr. ǵnâ, Slav. зна-ть, Gr. γι-γνώ-σκω, Lat. co-gno-sco. Secundum Spiegelium adâna refertur ad r. dâ = Şend. dâ, scire.

𐎭𐎠𐎴𐎢 (dânu), fluere, 3. pers. s. dânuvatiy (Suez., 6, 3).

𐎭𐎠𐎫 (dâ-ta), acc. dâtam, abl. dâtâ, lex (leg-ere = ponere). Armen. դատ (dat).

𐎭𐎠𐎭𐎼𐏁𐎡 (Dâdarśi), acc. Dâdarśim, Nomen proprium Armenii et Persæ.

𐎭𐎠𐎯𐎢𐏃𐎹 (Dâduhya), gen. Dâduhya-

hyâ, nomen unius sex Persarum, qui cum Dário H. falsum Smerdim regno dejecerunt.

𐎭𐎠𐎼𐎹𐎺𐎢 (Dâr(a)yavu), acc. Dâr(a)yavum; gen. Dâr(a)yavahus, solöc. Dâr(a)yavusahyâ, Darius. Quod ad etymologiam vocis, Græce, Herodoto auctore, ἑρξίας (a εἴργνυμι) significat, in quo patrem historiæ rectum fuisse, quum sic ad Pers. r. dar facillime refertur, jam clariss. Lassenius notavit. Hebraice דריוש, Græce Δαρεῖος.

𐎭𐎠𐎰𐎹𐎶𐎴 (dâśyaman), nom. daśyamâ, qui porrigit, ministrans.— Wenn das Wort richtig gelesen ist, so kann man es nur an skr. dâç, geben, anschliessen, vergl. altb. dath.

1. 𐎮𐎡 (di), radix pronominalis, hic, is. Acc. dim; acc. plur. dis. In Ṣendico etiam sermone, indicante clarissimo Spiegelio, formæ dim, dis, usurpantur enclitice. Conf. Germ. der.

2. 𐎮𐎡 (di), 2. pers. imper. didiy, videre. Ṣend. dî, Neop. ديدن; Arm. դիտել (ditel), observare.

3. 𐎮𐎡 (di), adimere, rapere. 1. pers. s. imperf. adinam, 3. pers. s. adinâ; part. pass. dita, cui aliquid est ademptum, privatus aliqua re (secundum Spiegelium, ditam, Bh. I, 13, est neutr., vocesque, sic, ditam ćakriyâ formam Sanscr. præteriti 2-di, ut bavayanćakâra inind., in potentiali, ni fallor, efficerent). Docente Kernio, vox ad Sanscr. ǵyâ cl. 9 (ǵinâti) refertur, cum significatione «mit Gewalt um die Habe bringen, entreissen», quam tamen significationem quum nusquam in libris Sanscritis, neque in lexicis, invenerim (Sanscr. r. ǵyâ, vulgo est: senescere), præstat cum Spiegelio in hoc di Sanscr. ǵi, ǵayati videre (Conf., indicante Spiegelio, Nal. VII, 5: ǵitvâ raǵyam Nalam urpam). Ṣend. ṣi. Conf. Sans. â-dâ.

𐎮𐎡𐎫𐎶 (ditam), v. 3. di.

(didâ), acc. didâm, castellum. Neup. دز, adjicit Spiegelius, wohl auf die altb. Wurzel diz, skr. dih, aufhäufen, zurück zuführen.

(didiy), v. 2. di.

(dipi), acc. dipim, gen. (loci) dipiyâ, literae, inscriptio. Conf. Neop. دفتر, Gr. διφθέρα. A rad. probabiliter, secundum Spiegelium, Sanscr. dip = lip.

(Dubâna), nomen regionis in Babylonia. Vide sub Babiru.

(dura), loc. duraiy, duray et durai, longitudo, spatium. Ṣend. et Sanscr. dûra, Neop. دور, Gr. δηρ-όν.

(durukta), v. duruǵ.

(duruǵ), fallere, decipere,—mentire, criminari aliquid follaciis, aliquid pro falso declarare, 2. pers. conj. præs. duruǵiyâhy, 3. pers. s. imperf. aduruǵiya; 3. pers. plur. aduruǵiyasan, part. pass. durukta, effictus. Ṣend. druǵ, Arm. դրուժ (druj, in compp.), Sanscr. druh; conf. etiam, indicante Spiegelio, Germ. droch, trug.

(duruśa), integer, validus, sanus. Der Ursprung des Wortes ist nicht ganz klar, doch ist dasselbe wohl verwandt mit neup. درست.

(duvaiśtam), superl. a dura, in longissimum tempus, longissime. Vocem hanc Sanscrito daviśta respondere negat Spiegelius, quum non per , sed scribatur, certeque durius esset in prima syllaba afformativi —iśta vrid'dim admittere. Thema vocis potest tamen, si quid video, duva (extensum scil. du) esse, primaque sic afformativi vocalis *i* cum ultima thematis *a* diphthongum *ai* efficere.

(duvar), partic. duvartam, facere, efficere. Slav. твор-ить, Ṣend. ťwarěś (ťwakś, v. Justi Handb. d. Zendspr., p. 142).

𐎯𐎢𐎺𐎼𐎠 (duvarâ), porta, loc. duvarayâ, Ṣend. dvara, Sans. dvâra, Slav. двєрь, Neop. در, Gr. θύρα, Lat. foris.

𐎯𐎢𐎺𐎼𐎫𐎡 (duvarti), porta.

𐎯𐎢𐎻𐎡𐎫𐎠𐎫𐎼𐎴 (duvitâtarana), acc. duvitâtaranam, duplex descensus, linea.

𐎯𐎢𐎻𐎡𐎫𐎡𐎹 (duvitiya), secundus. Sanscr. dvitîya, Ṣend, bitya.

𐎯𐎢𐏁𐎡𐎹𐎠𐎼 (duṡiyara, nom. duṡiyâram, abl. duṡiyârâ, infortunium. Compos. ex dus = δύς et yâra = Ṣend. yârĕ.

𐎭𐎼𐎢𐎥 (drauga), abl. draugâ, falsum, — falsi studium, falsi rumores, — fallacia. Ṣend. draoga, Neop. دروغ.

𐎭𐎼𐎢𐎥𐎴 (draugana), falsus, — fallax, — mendax. A rad. duruǵ.

𐎴. 𐎵 — n.



𐎴𐎡𐎲 (naiba), nom. s. fem. naibâ, acc. s. n. naibam, eximius, pulcher. Neop. نيك.

𐎴𐎡𐎹 (naiy), non. Slav. не.

𐎴𐎮𐎡𐎫𐎲𐎡𐎼 (Naditabira), acc. Naditabiram, gen. Naditabirahyâ, nomen viré, qui in Babylonia contra Darium tumultus concitabat.

𐎴𐎱𐎠 (napâ), nepos. Ṣend. napâd, Sanscr. napât, Neop. نبيره.

𐎴𐎲𐎢𐎤𐎢𐎭𐎼𐎨𐎼 (Nabukudraćara), nomen proprium Babyloniæ regis. Scribitur etiam 𐎴𐎲𐎢𐎤𐎭𐎼𐎨𐎼.

𐎴𐎲𐎢𐎴𐎡𐎫 (Nabunita), nomen ultimi regis Babyloniæ.

𐎴𐎺𐎶 (navama), nonus, Sanscr. navama, Ṣend. nâuma.

𐎴𐎠𐎶 (nâmâ), nomen, acc. nâma, instr. nâmâ. Ṣend. naṇman (naṇma), Sanscr. nâman (nâma); Neop. نام, Slav. имѧ.

𐎴𐎠𐎢 (nâu), loc. s. (docente Kernio), nâviyâ,

navis. Arm. նաւ (nav), Sanscr. nâus, Gr. ναῦς, Neop. ناوه (navicula).

𐎴𐎠𐏃 (nâha), acc. s. nâham, nasus. Send. nâoṇha, Sans. nâsâ, Germ. Nase, Slav. носъ.

1. 𐎴𐎡 (ni), præf. verb., deorsum, κατά. Send. et Sanscr. ni.

2. 𐎴𐎡 (ni), 1. pers. s. imperf. anayam, 3. pers. s. anaya; 3. pers. s. impf. pass. anayatâ, ducere. Send. et Sanscr. nî.

𐎴𐎡𐎣𐎴𐎬𐎢𐎺 (nikantuv), v. kan.

𐎴𐎡𐎩 (niǵ), præf. verb., ex. Send. nis, niś, Sanscr. nis.

𐎴𐎡𐎩𐎹𐎶 (niǵayam), v. i.

𐎴𐎡𐎱𐎡 (nipad), vestigium; loc. nipadiy (adverbialiter), in vestigio, vestigia premendo. Aus ni, nieder, und pad = altb. padha, neup. پی Fusstapfen. Spieg.

𐎴𐎡𐎹𐏂𐎠𐎼𐎹𐎶 (niyatrârayam), v. trar.

𐎴𐎡𐎹𐎿𐎠𐎭𐎹𐎶 (niyasâdayam), v. had.

𐎴𐎡𐎼𐏁𐎠𐎫𐎡𐎹 (niraśâtiy), v. raś.

𐎴𐎡𐎹𐎿𐎫𐎠𐎹 (niyastâya), v. stâ.

𐎴𐎡𐎹𐏁𐎫𐎠𐎹𐎶 (niyaśtâyam), v. śtâ.

𐎴𐎡𐏁𐎠𐎹 (Niśâya), nomen regionis in Media. Justius: Niçâya sind die nisaeischen Felder, welche Alexander auf seinem Marsche von Opis nach Ekbatana besuchte (Diodor 19, 110; Arrian 7, 13), also nicht, wie gewöhnlich angenommen wird, nördlich von Hamadan liegen können, sondern im Hochland von Alischter und Khawah, zwischen Khorremabad und Behistun gesucht werden müssen.

𐎴𐎡𐏁𐎶 (niśam sive niśma), vox significationis incertae.

𐎴𐎹𐎠𐎣 (nyaka), avus. Send. nyâka, Neop. نیا.

𐎱 — p.

𐎱𐎼𐎡𐎣𐎼𐎠 (parikarâ), v. kar.

𐎱𐎼𐎡𐎣𐎼𐎠𐏃 (parikarâha), v. kar.

𐎱𐎼𐎡𐎣𐎼𐎠𐏃𐎹 (parikarâhy), v. kar.

𐎱𐎫 (pat), cadere; cum præf. ud, 3. pers. s. imperf. m. udapatatâ, exsurgere. Șend. pad, Sans. pat, Slav. ПАД-АТЬ, Gr. πετ- (πίπτω).

𐎱𐎫𐎡𐎱𐎼𐏁𐎠𐎫𐎡𐎹 (patiparśâtiy), v. parś.

𐎱𐎫𐎡𐎱𐎼𐏁𐎠𐏃𐎹 (patiparśâhy), v. parś.

𐎱𐎫𐎡𐎹 (patiy), præp. et præf. verb. 1) in (zu, de tempore, c. acc., paiti duvitiyam, zum zweitenmale, Spieg.); 2) contra; 3) ad, c. loc. (ușmayâ-patiy, ad crucem, cruci); 4) distributive, per, c. instr., vitâpatiy, per vicos, vicis (je nach Clanen vertheilt, Spieg). Șend. paiti, Sanscr. prati, Gr. προτί (Hom.), πρός et ποτί (Dor.), Slav. ПРОТИВЪ.

𐎱𐎫𐎡𐎹𐎠𐎡𐏁 (patiyâiśa), v. i.

𐎱𐎫𐎡𐎹𐎧𐏁𐎡𐎹 (patiyakšiy), v. kši.

𐎱𐎫𐎡𐎹𐎩𐎫 (patiyaǵata), v. aǵ.

𐎱𐎫𐎡𐎹𐎠𐎺𐏃𐎡𐎹 (patiyâvahaiy), v. vah.

𐎱𐎫𐎡𐎣𐎼 (patikara), acc. s. patikaram; acc. plur. patikarâ, exemplum, effigies. Arm. պատկեր (patker), Neop. پیکر.

𐎱𐎫𐎡𐎥𐎼𐎲𐎴𐎠 (Patigrabanâ), nomen oppidi in Parthia. Vide sub Parťava.

𐎱𐎫𐎡𐎱𐎭𐎶 (patipadam), adv., in suo loco. Pati gegen, auf, distributiv, und pad Fusstapfe. Spieg.

𐎱𐎫𐎡𐎱𐎹𐎢𐎺𐎠 (patipayauvâ), v. pâ.

𐎱𐎫𐎡𐎹𐎠𐎲𐎼𐎶 (patiyâbaram), v. bar.

𐎱𐎫𐎡𐏁 (patis), c. acc., contra. Ex patiy, ut abis ex abiy.

𐎱𐎰𐎡, iter; acc. sing. patim. Șend. paťan, Germ. Pfad, Sanscr. panťan, Slav. ПѪТЬ.

𐎱𐎼𐎡𐎮𐎡𐎹 (paraidiy), v. i.

𐎱𐎼𐎢𐎺 (parauva), loc. s. parauvaiy, orientalis plaga, oriens. Conf. Sanscr. pûrva.

𐎱𐎼𐎥 (Paraga), nomen montis Persidis.

Justius: Paraga dessen Name in dem der heutigen Stadt Parg (arabisirt Forj) erhalten ist.

𐎱𐎼𐎴 (parana), acc. paranam, prior, anterior.

𐎱𐎼𐎠𐎥𐎶𐎫𐎠 (parâgmatâ), v. gam.

𐎱𐎼𐎠𐎼𐏁𐎶 (parâraśam), v. raś.

𐎱𐎼𐎠 (parâ), præp. postpos. et præf. verbale, retro, — ab, ava-parâ, ex hoc loco, inde. Sanscr. parâ, Ṣend. para. Conf. Gr. παρά c. gen.

𐎱𐎼𐎠𐎲𐎼 (parâbara), v. bar.

𐎱𐎼𐎠𐎲𐎼𐎫𐎶 (parâbartam), v. bar.

𐎱𐎼𐎡𐎹 (pariy), præp. et præf. verb., circa, de. Ṣend. pairi, Sanscr. pari, Gr. περί.

𐎱𐎽𐎢 (paru), gen. plur. parunâm et paruvnâm, multus. Ṣend. pôuru, Sanscr. puru, Neop. پر, Gr. πολύ-ς.

𐎱𐎽𐎢𐎺 (paruva), anterior; acc. n. paruvam, prius; nom. plur. m. paruvâ, anteriores, priores, Ṣend. paourva.

𐎱𐎽𐎢𐎻𐎡𐎹 (paruviya), prior, anterior, — abl. hacâ paruviata, inde ab ævo (von früher her). Ṣend. paourvya, Sanscr. ved. pûrvya.

𐎱𐎽𐎢𐏁𐎴 (paruṣana), gen. plur. paruṣanânâm et paruvṣanânâm, multigenerus.

𐎱𐎼𐎰𐎺 (Parťava), loc. Parťavaiy, — Parťus, Parthicus, — Parthorum regio. Arm. պարթև (Parthev).

Justius: In Parthien, altp. Parthava nennen die Keilinschriften zwei Städte, bei welchen der Vater des Darius als Satrap dieses Landes die partisch-hyrkanischen Rebellen schlug: Viçpauzatis und Patigrabana.

Es fehlt uns jeder sichere Anhaltspunkt, diese Städte geographisch zu bestimmen. Rawlinson hat für Patigrabana das Patigran des Ammianus Marcellinus (XXIII, 6, 39, er nennt als grösste Städte Mediens Zombis, Patigran, Gazaca) mit Unrecht verglichen, da es eine medische Stadt ist. Der Etymologie nach scheint Patigrabana (von altp. garb, ग्रभ्, altb. garew, mit Umstellung der Sylbe ar in ra und Præfix pati, प्रति) eine Stelle zu bezeichnen, wo der Zoll erhoben wird, also eine ähnliche Benennung wie der medischen Stadt Βατζιγράβαν, ὅ 'εστι τελώνιον bei Isid Charac., auf der Strasse von Κογκοβάρ nach Ekbatana. Es wird also Patigrabana an der Strasse gelegen haben, welche nach Parthien führte. Ein entferter Anklang an Viçpauzatis lässt sich in Issatis in der südwestlich vom eigentlichen Parthien nach Komisene hin gelegenen Landschaft Χωρηνή entdecken, womit doch das heutige Yezd nicht gemeint sein kann: ulteriores Parthi nomades appellantur citra deserta: ab occasu urbes eorum, quas diximus, Issatis et Calliope, ab oriente æstivo Europum, ab hiberneo Mania, in medio Hecatompylos et cet. (Plin. 6, 29).

𐎱𐎼𐏁 (parś), 1. pers. s. imperf. aparśam; 2. pers. s. imper. parśâ; 1) interrogare; 2) inquirere in aliquem, punire; 3) cum præcedente hu, bene, i. e. severe, examinare, — part. hu-fraśta, bene perspectus, hu-fraśtam (acc. n.), bene examinando, secundum promeritum animadvertendo. Cum præfixo pati, examinare, legere, 2. pers. s. conj. patiparśâhy, 3. pers. s. patiparśâtiy. Send. parĕś, Sanscr. prać (praś-na), Slav. прос-ить, Neop. پرسیدن, Germ. frag-en.

𐎱𐏁𐎠 (paśâ), cum gen., post, sequendo aliquem. Send. paśkâd, paśća, Sanscr. paś-ćât, Lat. pos-t, Neop. پس, Slav. пос-лѣ.

𐎱𐏁𐎠𐎺 (paśâ-va), postea, deinde.

𐎱𐎠 (pâ), 2. pers. s. imper. pâdiy, 3. pers. s. patuv, partic. pass. pâta, protegere, sustentare, — servare. Cum præfixo pati, 2. pers. s. imper. m. pati-

payauvâ, se custodire, cavere ab- (haćâ-). Şend. et Sans. pâ. Arm. պահ, պան (pah, pan in compp.).

(Pâtiśuvari), nom. Patiśuvaris, Patisuvariensis. Apud Strabonem est gens Πατεισχορεῖς partem Persidis incolens.

(Pârśa), acc. Pârśam, instr. Pârśâ, abl. Pârśâ, gen. Pârśahyâ, loc. Pârśay, — Persicus, — Persa, — Persarum populus, — regio Persis. Neop. پارس, Arm. պարսիկ (Parçik).

(pitar), nom. pitâ, gen. pitra, pater. Şend. pitar, patar, Sanscr. pitar (pitṛ), Neop. پدر.

(piśâ), vox incertæ significationis.

(piś), radere, scalpere; c. præf. ni, 1. pers. s. imperf. niyapisam; acc. part. pass. fem. nipistâm; nom. n. nipistam; inf. nipistanaiy, — scribere. Slav. пис-ать, Neop. نوشتن, Şend. et Sanscr. piś, Lat. pins-ere.

(Piśiyâuvâdâ), acc. Piśiyâuvâdâm, gen. Piśiyâuvâdâyâ, nomen proprium regionis. Secundum Justium est Persepolis vel Pasargadæ (Vide Beitr. zur alten Geographie Persiens, II,8—10; ubi id a doctissimo viro fortissimis argumentis demonstratur).

(Putiya), ad opinionem Basilii Grigoryeff, Afghanensium, qui se ipsos nunc etiam Pukhtûn appellant, nomen; secundum Kernium: Pontius; secundum Justium est Africæ populus.

(putra), filius. Sanscr. putra, Şend. putra, Neop. پسر, Lat. puer.

— f.

(fra), præf. verb., pro. Şend. fra, Sanscr. pra, Slav. про-.

(frâiśayam), v. iś.

[cuneiform] (frâ-ǵanam), v. ǵan.

[cuneiform] (fratama), nom. plur. masc. fratamâ, primus, princeps. Arm. փարթամ (phartham) dives, gravis.

[cuneiform] (fratarta), v. tar.

[cuneiform] (framâtar a rad. mâ), acc. framâtâram et framâtaram, arbiter, dominus. Conf. Neop. فرمودن, Arm. հրամանատար (hramanatar).

[cuneiform] (framânâ), auctoritas, mandatum, præceptum. Sanscr. pramâṇa, Neop. فرمان, Arm. հրաման (hraman).

[cuneiform] (Fravarti), nom. s. Fravartis, acc. Fravartim, gen. Fravartais. Conf., indicante Spiegelio, Ṣend. fravar (1. pers. s. imper. m. fravâranê).

[cuneiform] (fra-harvam), acc. n. sensu adv., omnino. Ex fra et harva = haruva.

[cuneiform] (frâbara), v. bar.

[cuneiform] (frâhanǵam), v. hanǵ.

[cuneiform] — b.

[cuneiform] (baga), nom. plur. bagâha; instr. bagaibis, gen. bagânâm, deus. Ṣend. baga, Sanscr. bhaga, Slav. богъ. Arm. բագին (Bag-in) sacellum.

[cuneiform] (Baga-bukša), Μεγάβυζος, nomen unius conjuratorum, qui cum Dario H. falsum Smerdim regno dejecerunt.

[cuneiform] (Bagâbigna), gen. Bagabignahyâ, nomen Persæ.

[cuneiform] (band), part. pass. basta, vincire. Ṣend. band, Sanscr. ban'd, Germ. binden (band), Slav. вѧз-ать (Pol. wiązać), Neop. بستن.

[cuneiform] (band-aka), nom. plur. bandakâ, subjectus.

𐎲𐎼 (bar), 3. pers. plur. præs. barantiy; 1. pers. s. imperf. abaram, 3. pers. s. abara, 3. pers. plur. abaran; 3. pers. s. imper. baratuv; 3. pers. plur. imperf. m. abarantâ; ferre, — sustentare, tutari; part. pass. hu-barta, bene tutatus, fotus, acc. s. hubartam, bene, i. e. ut par est, sublevando, fovendo. Cum præfixo patiy; 1. pers. s. imperf. patiyâbaram, referre, reponere, restituere; cum parâ, 3. pers. sing. imperf. parâbara, partic. perf. pass. parâbartam, auferre,—spoliare; cum frâ, 3. pers. s. imperf. frâbara, deferre, tribuere. — Ṣend. bar, Sans. ƀar (ƀṛ), Slav. бер-у (брать), Armen. բերել (ber-el), Gr. φέρ-ω, Lat. fer-o.

𐎲𐎼𐎮𐎡𐎹 (Bardiya), Σμέρδις, nomen fratris Cambysis.

𐎲𐎺𐎠𐎫𐎡𐎹 (bavâtiy), v. bu.

𐎲𐎠𐎧𐎫𐎼𐎡 (Bâktri), nom. s. Bâktris, loc. Baktraiyâ, Bactriana. Ṣend. Bâk'di.

𐎲𐎠𐎥𐎹𐎠𐎮𐎡 (bâga-yâdi), gen. Bâgayâdais, nomen mensis. Das Wort wird gewöhnlich auf yad, verehren und baga Gott, zurückgeführt, so dass das Ganze Gottesverehrung bedeuten würde. Nicht zu übersehen ist aber die Länge des a in bâga, für die ich keinen Grund sehe; es liesse sich möglicher Weise auch neup. باغ Garten, vergleichen. Spieg.

𐎲𐎠𐎥𐎡 (bâǵi), acc. s. bâǵim, tributum. A rad. baǵ = Sanscr. ƀaǵ, Ṣend. baṣ, Neop. باج, باژ et باژ, Arm. բաժ (baj), portio, tributum.

𐎲𐎠𐎲𐎡𐎼𐎢 (Bâbiru), nom. s. Bâbirus, acc. Bâbirum, gen. Bâbiraus, loc. Bâbirauv. — Babylon, — Babylonia.

𐎲𐎠𐎲𐎡𐎼𐎢𐎻𐎡𐎹 Bâbiruviya), nom. plur. Bâbiruviyâ, Babylonius.

𐎲𐎡𐎹𐎠 (biyâ), v. bu.

𐎲𐎢 (bu), 3. pers. s. conj. bavâtiy; 3. pers. s.



aor. opt. biyâ; 1. pers. s. imperf. abavam, 3. pers. s. abava. Ṣend. bu, Sanscr. bu, Neop. بودن, Slav. быти, Gr. φύ-ω (ἔ-φυ-ν), Lat. fu-isse.

𐎲𐎢𐎷𐎡 (bûmi), acc. s. bumim, soloec. bumâm, gen. bumiyâ (semiideographice: 𐏏𐎹𐎠). Ṣend. bûmi, Sanscr. bûmi; Neop. بوم, Lat. humus.

𐎲𐎼𐎠𐎫𐎼 (brâtar), nom. brâtâ, frater. Ṣend. brâta, Sans. brâtar (brâtṛ), Neop. برادر, Slav. братъ, Germ. Bruder.

𐎶. 𐎷. 𐎸 — m.



𐎶 (ma), v. adam.

𐎶𐎡𐎹 (maiy), v. adam.

𐎶𐎣 (Maka), nomen populi.

𐎶𐎦𐎢 (Magu), nom. s. Magus, acc. Magum, Magus, (gens Medica, ex qua sacerdotes, Ṣendice âtravanâ, creabantur. Conf., indicante Spiegelio, Ṣend. môgu (Yś. LXIV, 25). Arm. մոգ (Mog).

𐎶𐎨𐎡𐎹 (Maćiya), nomen populi.

𐎶𐎰𐎡𐎪𐎫 (mathista), acc. s. mathistam, proprie: maximus (μέγιστος), — dux, imperator. Superlativbildung, der Positiv ist wohl maç, wovon im Altb. maçô, Grösse (μῆκος), mit der Comp. maçyô. Das altp. mathista würde eigentlich einem altb. maçista entsprechen, mazista ist wohl eine Erweichung daraus. Spieg.

1. 𐎶𐎴 (man), 2. pers. s. conj. maniyâhy, cogitare, putare. Ṣend. et Sans. man, Lat. men-s, Slav. мнить, Germ. mein-en.

2. 𐎶𐎴 (man), 3. pers. s. imperf. amânaya, manere. Ṣend. et Sanscr. man, Neop. ماندن, Gr. μένω.

𐎶𐎴𐎠 (manâ), v. adam.

𐎶𐎼 (mar), 3. pers. s. imperf. pass. (secundum Spieg.) amariyatâ, mori.

Şend. mar, Sanscr. mar (mṛ), Neop. مردن, Arm. մեռանել (meranil), Slav. у-мер-еть.

𐎶𐎼𐎥𐎢 (Margu), acc. Margum, loc. Margauv, Margiâna, nomen regionis ad orientem et septemtrionem ex orientis parte Areiæ (Haraiva) sitæ (J. Beitr. II, 18). — Der Name hängt gewiss mit altb. meregho Vogel, neup. مرغ zusammen. Die Provinz trägt den Namen von den vielen Vögelschaaren die sich dort zusammenfinden, weshalb auch der hindurchziehende Fluss Murghâb (Vogelwasser) genannt wird. Spieg.

𐎶𐎼𐎫𐎡𐎹 (martiya), acc. martiyam, gen. martiyahyâ, soloec. martihyâ; nom. plur. martiyâ; acc. martiyân, instr. martiyaibis: 1) mortalis, homo; 2) nomen viri qui in Susiana contra Darium H. tumultus concitabat. — Auctore Spiegelio, vox non directe a mar, sed, cum secundario suffixo iya, a marta (Şend. marĕta) derivatur. Neop. مرد, Arm. մարդ (mard), Gr. βροτός, Şend. maşya.

𐎶𐎼𐎭𐎢𐎴𐎡𐎹 (Marduniya), gen. sing. Marduniyahyâ, Μαρδόνιος, nomen viri.

𐎶𐏀𐎭𐎠 (maşdâ), magnam sapientiam possidens, epith. summi numinis. Vox Şendica maşdâo.

1. 𐎶𐎠 (mâ), particula prohibitiva, ne, μή. Şend. et Sans. mâ, Neop. مه.

2. 𐎶𐎠, metiri; cum præf. â, partic. perf. pass. âmata, probatus, expertus (nom. plur. âmatâ). Şend. et Sanscr. mâ.

𐎶𐎠𐎭 (Mâda), acc. Mâdam, loc. Mâdaiy, instr. plur. Mâdaibis, loc. Mâdaişuvâ, — Medicus — Medus, — Medorum regio, Media.

𐎶𐎠𐎶 (mâm), v. adam.

𐎶𐎠𐎴𐎡𐎹 (mâniya), acc. mâniyam, manendi locus, fundus. A rad. 2. man. Conf., indicante Spiegelio, nmâna.

[cuneiform] (Mârgaya), instr. plur. Mârgayaibis, —Margianus.

[cuneiform] (Mârgava), Margianus.

[cuneiform] (mâha), gen. s. mâhyâ (contractum, auctore Spiegelio, ex mâhahyâ), mensis. Şend. mâoṇha, Neop. ماه, Sanscr. mâs (luna), mâsa (mensis), Slav. мѣсѧцъ, Gr. μήν. Referunt ad r. mâ, metiri, temporis quippe secunda, post diem, mensura est mensis.

[cuneiform] (Mitra), Mitras, nomen fœderum genii. Şend. Mitra, Sans. Mitra, Neop. مهر, Armen. միհր (mihr),

[cuneiform] (Mudrâya), acc. Mudrâyam; nom. plur. Mudrâyâ, Aegyptus,—Aegyptius, incola Aegypti. Hebr. מצרים.

[cuneiform] — Y.



[cuneiform] (Yauna), nom. plur. Yaunâ, Ionius,—Ionia, Hom. Ἰάων. Conf. Hebraicum יון, Sanscr. Yavana.

Justius: Die Jonier, Yaunâ, zerfallen in die Yaunâ schlechthin (Beh. I, 15; NRa 28) oder die Yaunâ tyai uskahyâ (Jonier des Festlandes, I. 13), womit die kleinasiatischen Griechen bezeichnet werden; ferner in die Yaunâ takabarâ, die καρηκομόωντες Ἀχαιοί, die europäischen Griechen, gleich nach den Çaka und Çkudra genannt (NRa 29), endlich in die Yaunâ tyai darayahyâ (I, 13), die Meergriechen, zunächst wohl die Kyprier. Ohne Zweifel, sind die Griechen in dieser Weise specialisirt, weil sie, von den europäischen abgesehen, zu verschiedenen Satrapien gehörten, die asiatichen zur ersten, die Kyprier aber zur fünften oder Syrischen Satrapie (Herodot 3, 90. 91). Vide [cuneiform] (takabara).

[cuneiform] (yadâ), officium. Von yad=altb. yaz, welches Wort mir aber im Altp. eine weitere Bedeutung zu haben und nicht blos auf Gottesverehrung beschränkt gewesen zu 'sein scheint. Spieg.

[cuneiform] (yadiy),

1) si; 2) quando, quum. Sanscr. yadi, Ṣend. yê'di, yêṣi.

𐎹𐎴𐎡𐎹 (yanaiy), ein dunkles und vielleicht nicht richtig gelesenes Wort, bis jetzt noch unerklärt. Spieg. In versione Latina (p. 101) minime difficultatem in hac voce locativi τοῦ ya agnoscendi passus sum.

𐎹𐎠𐎫𐎠 (yâtâ), 1) dum; 2) usque dum, donec. A rel. r. ya, ut ćitâ a ći.

𐎹𐎠𐎴 (yâna), acc. s. yânam, gratia. Ṣend. yâna. Es ist wohl, wie das sankritische yâna, ursprünglich Vehikel, Mittel zum Weiterkommen. Spieg.

𐎹𐎠𐎺𐎠 (yâvâ), quamdiu, quatenus. Ṣend. yâvad, Sanscr. yâvat.

𐎹𐎢𐎫𐎡𐎹𐎠 (Yutiya), nomen regionis in Perside, indicante Oppertio, = Οὔτιοι.

Justius: Im östlichen Persien ist die Gegend Yutiya zu suchen.... Als Stadt in diesem Gebiet wird Târava genannt, was offenbar Târom تارم eine Tagereise südlich von Forj ist (Yaqut I, 812,1).

𐎹𐎢𐎺𐎡𐎹𐎠 (yuviyâ), f. acc. yuviyâm (Suez, b, 3), canalis. Conf. Neop. جو (coll. جوی).

𐎼 — r.

𐎼𐎢 (rau), abl. rauta (Suez, b, 3), fluvius. Conf. Gr. ῥεῦμα, ῥέω.

𐎼𐎢𐎨 (rauća), acc. s. rauća; instr. plur. raućabis, — dies. Ṣend. raoćaṇh.

𐎼𐎣𐎠 (Rakâ), nomen proprium oppidi in Persia.

Justius: vielleicht ist diess der Name einer Stadt und des Flusses, den die Alten, z. B. Strabo XV, 729 Casaub., Araxes nennen; Rawlinson Journ. Asiat. Soc. 10, 85 führt Πασαῤῥάχα bei Ptolemäus an; allein dies ist nur var. lect. von Pasargadæ, auch Πασάργαλα.

𐎼𐎥𐎠 (Ragâ), gen. et abl. Ragâyâ, nomen regionis in Media.

𐎼𐎭 (rad), cum præf. ava, 2. pers. s. imperf. avarada, relinquere. Ṣend. raṣ, Sanscr. rah.

𐎼𐏂 (raś), 1. pers. s. imperf. araśam. Cum præf. para, 1. pers. imperf. parâraśa advenire; cum præf. ni, 3. pers. s. conj. præs., niraśâtiy, descendere. Neop. رسيدن.

𐎼𐎠𐏂𐎫 (râśta), acc. f. s. râśtâm, rectus. Conf., indicante Spiegelio, Ṣend. raṣista, a r. raṣ, et Neop. راست.

𐎼𐎠𐎭 (râd), gaudium, satisfactio, loc. s. râdiy cum gen., gratiâ, avahyârâdiy, hujus' rei gratia (hanc ob causam). Gr. τούτου χάριν, Slav. сего радн (радъ, Slavice est: laetus, aliqua re contentus, satisfactus, рад-ость, gaudium).

𐎺. 𐎻 — v.

𐎺𐎡𐎴 (vain), 2. pers. sing. conj. præs. vainâhy; 3. pers. s. imperf. avaina; 3. pers. præs. m. (pass.), vainataiy, videre, — conspicere. Ṣendice vaên; Neop. بين.

𐎺𐎢𐎶𐎡𐏂 (Vaumiśa), acc. s. Vaumiśam, nomen Persæ.

𐎺𐎹𐎶 (vayam), v. adam.

𐎺𐎼 (var), 3. pers. s. conj. præs. varnavâtiy; 3. pers. s. imper. varnavatâm, declarare. — Formæ varnavâtiy et varnavatâm forsan ad denominat. r. varn (Sanśer. varṇ a varṇa) possint referri, ut proprie sit: depingere, — narrare (ut in Sanscr. lingua).

𐎺𐎼𐎣𐎠𐎴 (Varkâna), Hyrcania. Ṣend. Vĕhrkâna, Neop. گرگان.

𐎺𐎼𐎭𐎴 (vardana), nom. s. vardanam, oppidum, urbs, civitas. Ṣend. varĕ'd = Sanscr. vṛ'd, crescere. Im Neup. erhalten in Namen wie Abiverd, Lastiverd, mit Uebergang in g, in Dârâbgard. Spieg. — In Slavicis sermonibus градъ, grod, городъ, oppidum, civitas, a muniendo, sæpiendo (городить, ограждать) originem duxit.

𐎺𐏁𐎡𐎹 (vaśaiy), proprie loc. a vaśa, potentia, — potenter, valde.

𐎺𐎿𐎴 (vasna), instr. vasnâ, potestas, — desiderium, gratia. (Conf. Sanscr. vas, desiderare). Arm. վասն (vasĕn) propter (conf. râd).

𐎺𐏀𐎼𐎣 (vaṣarka), gen. s. f. vaṣarkâyâ, magnus. Neop. بزرگ. Conf. Sanscr. bahula.

𐎺𐏃𐎹𐏀𐎭𐎠𐎫 (Vahyaṣdâta), acc. Vahyaṣdâtam, gen. Vahyaṣdâtahya, nomen viri, qui in Persia contra Darium H. tumultus concitabat. Proprie significare videtur: ab optimo (vahyaṣ = Ṣend. vahyô = vahyaś, compar. absol.), i. e. a Deo, datus.

𐎺𐏃𐎢𐎣 (Vahuka), nomen Persæ.

𐎺𐎠 (vâ), particula enclitica, ve.

𐎻𐎡𐎰 (vit̃), acc. s. vit̃am, instr. (cum subsequente patiy) vit̃â; instr. plur. vit̃ibis, 1) vicus; 2) stirps, gens, domus.

𐎻𐎡𐎰𐎡𐎹 (vit̃iya), instr. s. vit̃iyâ, acc. plur. vit̃iyân, ad (eandem) stirpem pertinens, propinquus, gentilis.

𐎻𐎡𐎰𐎡𐎴 (vit̃-in), instr. plur. vit̃ibis, ad stirpem pertinens, gentilis.

𐎻𐎭𐎠 (vida), vox significationis incertæ.

𐎻𐎡𐎭𐎼𐎴 (Vidarna), gen. sing. Vidarnahyâ, Ὑδάρνης, nomen Persæ.

𐎻𐎡𐎭𐎳𐎼𐎠 (Vindafrâ), nomen Medi.

𐎻𐎡𐎭𐎳𐎼𐎴𐎠 (Vindafranâ), Ἰνταφέρνης, nomen Persæ.

𐎻𐎡𐎹𐎣 (viyaka), v. kan.

𐎻𐎡𐎹𐎧𐎴 (viyak̃na), gen. viyak̃nahya, nomen mensis.

𐎻𐎡𐎹𐎫𐎼𐎹𐎶 (viyatarayam), v. tar.

𐎻𐎡𐎺𐎠𐎴 (Vivâna), acc. Vivânam, — nomen Persæ. Conf. Ṣend. Vivaṇhana.

𐎻𐎡𐏁 (viśa), acc. n. viśam, omnis. Sanscr. viśva, Ṣend. vîśpa.

𐎻𐎡𐏁𐎭𐏃𐎹𐎢 (viśadahyu), acc. s. m. viśadahyum, omnium imperii provinciarum incolis patens.

𐎻𐎡𐏁𐎴𐎠𐏃 (viśanâha), v. śan.

𐎻𐎡𐏁𐎴𐎠𐏃𐎹 (viśanâhy), v. śan.

𐎻𐎡𐏁𐎱𐏀𐎴 (viśpaṣana), gen. plur. m. viśpaṣanânâm, omnigenus, omnia hominum genera exhibens. Ex viśpa = Ṣend. vîśpa (Sanscr. viśva) et ṣana.

𐎻𐎡𐏁𐎫𐎠𐎿𐎱 (Vistâśpa), acc. Vistâśpam, g. Viśtâśpahyâ, Hystaspes (Ὑστάσπης), nomen patris Darii. Ṣend. Vîśtâśpa (ex vîśta et aśpa, proprie: notos sibi equos habens, egregius eques). Neop. گشتاسپ.

𐏁 — ś.

𐏁𐎣 (Śaka), n. s. Śaka, accus. Śakâm, — genus Scythorum, Sacas, — Sacarum regio. Sanscr. Śaka. Vide sub Tigrakuda, haumavarga et taradaraya.

𐏁𐎤𐎢𐎣 (Śakuka), nomen viri, qui inter Sacas contra Darium H. tumultus concitabat.

𐏁𐎴 (śan), cum præf. vi, 2. pers. præs. conj. viśanâhy, (subsequente dis) viśanâha, — pati, ut aliquid corruptum, læsum sit, ut aliquid diruatur.

𐏁𐎼 (śar), 3. pers. s. imperf. pass. aśariyatâ, radix incertæ significationis.

𐏁𐎡𐎣𐎫𐎢𐎺𐎫𐎡 (Śikatauvati), nomen castelli Niśayæ in Media.

𐏁𐎢𐎦𐎭 (Śug(u)da), Sogdiana. Ṣend. Suġ'da.

𐏁𐎢𐎦𐎢𐎭 (Śuguda), i. q. præcedens.

Justius: Es ist diess der Name des Landes, wie noch jetzt Soghd wenigstens vom Thale des Zarafshau bei Samarqand gielt; die Hauptstadt wird im Avesta Gâu genannt, was ohne Zweifel Samarqand ist (Bund. 52, 7). Der Name Çughdha ist derselbe wie

Σόκτα, welches Ptolemäeus in der Persis, nahe bei Niserge erwähnt.

𐏁𐎤𐎢𐎭𐎼 (Śkudra), nomen populi.

Justius: Die ihnen (i. e. Sacis Europæ) zunächst wohnenden Thrakier heissen Çkudra, ein Name, der grosse Aehnlichkeit mit dem der macedonischen Stadt Σκόδρα (Ptolemæus, Steph. Byz.) hat.

𐏁𐎫𐎲 (śtab), 2. pers. sing. imperf śtabava, desidem, brutum esse. Conf. Sanscr. stab, stamb.

𐏁𐎫𐎠 (śtâ), stare; 3. pers. s. m. aistata, adstare. Cum præf. ava (caus), 1. pers. s. imperf. avâśtâyam, constituere, stabilire; cum ni, 1. pers. s. imperf. niyastâyam, 3. pers. s. niyastâya, imperare (Ṣend. niśtâ). Ṣend. śtâ, Sanscr. stâ, Gr. ἱ-στά-ναι, Lat. stare, Slav. сто-ять, ста-ть, Germ. steh-en, sta-nd.

𐏁𐎫𐎠𐎴, acc. s. stânam, locus. Ṣend. śtâna, Arm. ստան (çtan), Neop. ستان (in compos.). Conf. Ross. станъ.

𐏁𐎱𐎼𐎭 (Śparda), nomen populi (probabiliter ad Bosp. Cimm.).

𐎿 — s, s.


𐎿 (sa) et 𐎿𐎡 (si), encl. thema pronominis 3. pers., unde acc. sim, gen. saiy, acc. plur. sis; gen. sâm. Ṣend. him, hê, his, — śê. Sanscr. sa, Slav. сей, сія, сіе. Neop. ش.

𐎿𐎣𐎢𐎽𐎡 (Sakauri), vox significationis incertæ.

𐎿𐎡𐎹 (saiy), v. sa.

𐎿𐎭 (sad), ire, se movere. Cum præf. â, inf. âsanaiy, se ad profectionem accingere. Sanscr. sad.

𐎿𐎼𐏁𐎫𐎡𐎲𐎼 (saraśti-bara), arcifer. Ich glaube jetzt dass das Wort, wie es dasteht, richtig geschrieben ist und vergleiche das neup. شست, was zwar zunächst nur einen Ring bezeichnet, mit dem man den Daumen gegen das Einschneiden der Bogensehne schützt, von den Lexicographen aber auch in der Be-

deutung Bogen angegeben wird. Spieg.

𐏂𐎠𐎶 (śâm), v. sa.

𐏂𐎡𐎶 (śim), v. sa.

𐏂𐎡𐎹𐎠𐎫𐎡 (śiyâti), nom. s. śiyâtis, acc. śiyâtim, soloec. śâyatâm. spiritus (Geist, esprit), intelligentia, — divina sapientia (I,3). Secundum Spieg., a rad. śiyu = Ṣend. śâ, gaudere. Refero ad r. śu — śi, spirare. Conf. Arm. շունչ (shu-né), spiritus (etiam spiritus Dei), շնչել (shi-né-el) spirare, respirare, Hebr. רוח. Huc forsan refertur et Germ. Seele.

𐏂𐎡𐎹𐎢 (śiyu), 1. pers. s. imperf. aśiyavam, 3. pers. sing. aśiyava, 3. pers. plur. aśiyavan, ire, proficisci. Ṣend. śu, Neop. شدن.

𐏂𐎡𐏂 (śiś), v. sa.

𐏂𐎢𐎥𐎢𐎭 (Suguda), i. q. Śuguda.

𐏀 — ṣ.


𐏀𐎼𐎣 (Ṣaranka), Drangiana (Her.: Σαράγγαι, Arrianus: Ζαράγγοι et Ζαραγγαῖοι).

Justius: Um den Hamunsee wohnten in alter Zeit die Zaraka (wahrscheinlich nach dem See benannt, der bei älteren Schriftstellern Zerrah, altb. Zrayanh heisst) Herodots (III, 93, 117, VII, 67) Σαράγγοι, Arrians Ζαραγγαῖοι oder Ζαράγγοι, Strabo's Δράγγοι (mit westpers. *d* für ostpers. *z*), vgl. G. Rawlinson Herodotus IV p. 172.

𐏀𐏀𐎠𐎴 (Ṣaṣâna), nomen oppidi prope Babylonem.

Justius: Zazâna lag wohl unmittelber als eine Art von Vorwerk unterhalb Babylon.

𐏀𐎢𐎼 (ṣura), injuria, vis. Ṣend. ṣûra et ṣura, Conf. Ṣend. ṣâvarĕ et Neop. زور.

𐏀𐎢𐎼𐎣𐎼 (ṣura-kara), injuriosus.

— h.


𐏃𐎡𐎴𐎠 (hainâ), exercitus, — invasio. Ṣend. haêna.

𐏃𐎢𐎺 (hauv), hic. Ṣend. hâu, Sanscr. asâu.

𐏃𐎧𐎠𐎶𐎴𐎡𐏁 (Hakâmani), nom. s. Hakâmanis, Ἀχαιμένης, Achaemenes, auctor gentis Achæmenidarum.

𐏃𐎧𐎠𐎶𐎴𐎡𐏁𐎡𐎹 (Hakâmanisiya), nom. plur. Hakâmanisiyâ, ex gente Achæmenis, Achaemenides.

𐏃𐎥𐎶𐎫𐎠 (hangmatâ), v. gam.

𐏃𐎥𐎶𐎫𐎠𐎴 (Hangmatâna), loc. sing. Hangmatânaiy, Ecbatana, urbs præcipua Mediæ, ad radices montis Alvandensis. Græce: Ἐκβάτανα, Neop. همدان.

𐏃𐎨𐎠 (haćâ), præp. cum abl., ab, a. Send. haćâ, Neop. از.

𐏃𐎪 (hanǵ), trahere; cum fra, 1. pers. s. imperf. frâhanǵam, conjicere. Neop. آهنگ et آهنجیدن.

𐏃𐎫𐎡𐎹 (hantiy), v. ah.

𐏃𐎭 (had), sedere. Cum præf. ni caus. 1. pers. s. imperf. niyasâdayam, constituere, stabilire. Send. had, Sanscr. sad, Slav. сид-ѣть, сѣд-алище, Gr. ἕζεσθαι, ἕδ-ος, Germ. sitz-en.

𐏃𐎭𐎠 (hadâ), cum instr., cum. Send. hada. Arm. (het), cum.

𐏃𐎭𐎡𐏁 (had-is), acc. s. hadis, sedes regia, palatium. Send. hadis, Gr. ἕδος.

𐏃𐎭𐎢𐎥𐎠 (handugâ), rerum gestarum expositio, relatio. Conf., indicante Spieg., Neop. اندوختن.

...Und sonst, glaube ich jetzt handuga lesen zu sollen, und die Bedeutung Edict begründen zu können. Ich leite das Wort auf neup. دوختن und اندختن zurück und sehe darin eine Wörteransammlung, ein Schriftstück (ex literis Spiegelii).

𐏃𐎴𐎮𐎡𐎫 (Handita), gen. Handitahyâ, nomen cujusdam Babylonii.

𐏃𐎶 (ham), præf. verb., com-, con-. Send. ham, Sanscr. sam, Gr. σύν, Slav. со-.

𐏃𐎶 (hama), gen. s. f. hamahyâyâ, cunctus,

omnis, — communis. Ṣend. hama, Neop. هم, همه, Gr. ὁμ-ός, ὁμοῦ, ἅμα, Lat. simul.

𐏃𐎶𐎱𐎡𐎫𐎼 (hama-pitar), nom. s. hamapitâ, communem patrem habens.

𐏃𐎶𐎼 (hamara), acc. s. hamaram, bellum. Sanscr. samara.

𐏃𐎶𐎼𐎴 (hamarana), nom. et acc. s. hamaranam, proelium.

𐏃𐎶𐎫𐎼 (hamâtar), n. sing. hamâtâ, communem, i. e. unam, matrem habens. Armen. համամայր (hama-mair), communem matrem habens. Conf. Gr. ἁ in ἅπας.

𐏃𐎶𐎡𐎰𐎼𐎡𐎹 (hamitriya), acç. hamitriyam; n. plur. hamitriyâ, instr. hamitriyaibis; nom. plur. f. hamitriyâ, acc. hamitriyâ, — qui descivit ab aliquo, alicui defecit, defector. Conf., indicante Spiegelio, hamaêśtâra. Arm. համամիտ (hamamit), ejusdem consilii, conscius. Das Wort führt auf die Wurzel mith zurück und heisst wohl ursprünglich verschworen. Spieg.

𐏃𐎼𐎡𐎺 (Haraiva), nomen regionis, Ἀρεία, ad septemtriones Drangianæ contigua. Ṣend. Haraêva. Conf., indicante Spiegelio, nostri aevi Herât (apud Fird. هری). Das Wort hängt wohl mit saras gr. ἕλος zusammen. Spieg.

Justius: Die nördlich an Drangiana grenzende Provinz heisst bei den Alten Ἀρεία, der Hauptfluss derselben Ἀρεῖος oder Ἀρίος; dieser Name ist bekanntlich aus altp. Haraiva, altb. Haraêva entstanden; die Pehleviübersetzung von vend. I, 30 hat die neuere Form هری, welche auch Firdosi (II, 252, 677. VI, 544, 15) gebraucht, der Burhan hat die Form Hirêv هریو erhalten (s. Vullers Lex. s. v.), wovon هریوه (Hirêvah oder هروی, Heravi) als Name der Bewohner von Herât هرات abgeleitet ist. In der armen. Geographie § 91 findet sich Hroum.

𐏃𐎼𐎢𐎺𐎫𐎡𐏁 (Harauvati), nom. s. Harauvatis, acc. Harauvatim,

loc. Harauvataiyâ, Arachosia. Ṣend. Haraqaiti.

Justius: Südöstlich (nempe a Drangiana) liegt Arachosien, altp. harauvati, altb. haraqaiti (pehl. هرأمند), bei den mittelalterlichen Geographen Arrokhkhaj الرخج (man hielt wie in vielen Fällen die erste Sylbe für den arab. Artikel) vier Tagereisen von Bost auf der Strasse nach Ghazna, heute Banjvâi (Sprenger, Reiserouten 48, 1).

(haruva), omnis. Ṣend. haurva, Neop. هر, Sanscr. sarva.

(hašitiya), nom. pl. hašitiyâ, qui ab aliquo descivit, defector, idemque hamitriya.

Ad etymologicam vocis explicationem liceat hic etiam clarissimi Spiegelii, ex opere ejus, doctissima verba excerpere: Die Bedeutung des Wortes als eines Synonymum von hamitriya geht aus dem Zusammenhange der Stelle klar hervor. Oppert liest hasaitiyâ und will das Wort mit khsaeta König, also mit altb. khshi, können, vermögen, in Verbindung setzen. Ich möchte es lieber an altb. shi, wohnen anschliessen, wovon im Avesta shayanem, hushiti. Aus shiti wäre dann sitiya gebildet werden. Hierher gehört, armenisch shén, Wohnort.

(hašiya), acc. s. hašiyam, relatus, narratio.

(Hindu), nom. s. Hindus, India, i. e. regio ad flumen Indum. Ṣend. Hindu, Neop. هند, Conf. Sanscr. sin'du.

(Humavarka), nom. plur. Humavarkâ, — denotatio Sacarum generis.

Ad etymologicam explicationem hic etiam nil restat nisi doctissimi Spiegelii ipsius verba apponere: Auf der Inschrift ist blos humava... erhalten; dass herzustellen sei, wie oben geschehen ist, lehren die Uebersetzungen. Man hat längst die Σκύθαι Ἀμύργιοι Herodots herbeizogen; ich möchte auch an die Landschaft هاماوران errinnern, wohin im Schâh-nâme Kaikâus einen Zug unternimmt.

Justius: Die Keilinschriften nennen die Çakâ haumavarkâ (NR a 25), im Scyth. Text Umuvarkap, im assyr. Namiri umarga. Kh. R. Cama (Zar-

toshti Abhyâs I, 248) umschreibt das Wort mit haomavehrkâ (operis nostri p. 82) und vergleicht, wohl nach Spiegels Vorgang, das neure هماوران Hamâverân, was doch nach Yemen versetzt wird (Shahn. II, init.). Es sind die Σκύθαι Ἀμύργιοι (Her. VII, 64; vgl. G. Rawlinson's Herodotus 4, p. 168), welche in Badakhschân und Tokhâristân wohnten.

𐏃𐎹𐎠 (hyâ), v. tya.

𐏃𐎹𐎠𐎱𐎼 (hyâpara), acc. sensu adv. et cum patiy, iterum, denuo, ἐξαῦτις (Ex hya et apara).



ADDENDA & CORRIGENDA.

ADDENDA & CORRIGENDA.

In Archetypo.

P.	ll.	Excusum:	Lege:
13	14 et 15	[cuneiform]	[cuneiform]
38	11	[cuneiform]	[cuneiform]
69	1 (ab imo)	repertur	reperitur
176	3	[cuneiform]	[cuneiform]
100	1	[cuneiform]	[cuneiform]
115		[cuneiform]	[cuneiform]
119	2	[cuneiform]	[cuneiform]

136 In aliquot libri exemplaribus excusum est:

[cuneiform] pro [cuneiform]

In Interpretatione.

P. l.

4 20 Excusum: עם; lege עב.

6 3 **Adde** annotationem ad voces reges erant: Kšâyatiyâ âhan. Potest tamen, ni fallor, vox [illegible] hic etiam pro sing. accipi, ut kšâyatiyâ simul objectum τοῦ âha et appositio τοῦ taumâ sit, sensu: stirps nostra erat — reges, quod redit ad idem.

7 6 **Adde** annot. ad vocem Drangiana: Ich gestehe dass ich jetzt am liebsten Zaranka statt Zaraka lesen würde, theils wegen der griechischen Form Δράγγαι auf die auch die neupersische Zareñj (زرنج) anschliesst, besonders aber weil auch die skythische Uebersetzung das n ausdrückt (Ex lit. Spieg.).

8 2 **Adde** annot. ad voces viginti tres: Conf. Inscriptionem Darii Hystaspi Persepol. I, 2, et Naqši-Rustami Na) 3, ubi itidem populi Persico imperio subjecti, sed alio numero, recensentur, quae diversitas variorum Darii regni temporum, ad quae Inscriptiones ejus referuntur, ratione est explicanda. Conf. Her. III, 80 sequ., ubi populi, Dario regis imperio subjecti, in viginti satrapias descripti accuratissime ab historiae patre recensentur, quae descriptio, sicut alia Xerxis imperio subjectorum populorum (VII, 61 sequ.), hucusque melior fons ad elucidandos obscuriores geographicos inscriptionis nostrae locos permanet.

9 3 **Adde** annot. ad voces: contentae erant: Jam hujus vocis interpretatione transcriptioneque typis

P. 11.
excusis, Justius et Spiegelius fortissimis argumentis me ad legendam vocem apariyâyan persuaserunt, hancque, in glossario (p. 14), Justium sequendo, ad r. *i* retuli, quum, aliter, in archetypi textu, afriyâyan esset. En verba Justii ex amicissime scriptis mihi literis excerpta: Die Erklärung von apariyâya aus prî für frî scheint mir, wegen Mangels einer Analogie, etwas bedenklich; die Aspiration von *k, t, p* durch folgendes *r* scheint mir so alt, wie die persische Sprache selbst, und Namen wie Prexaspes mit *p* vor *r* sind gewiss nicht genau wiedergegeben, sondern sie haben noch einen Vocal zwischen beiden Buchstaben gehabt. Vielleicht geht das Substantivum, wovon die Verbalform abgeleitet ist, doch auf pari+*i* oder yâ zurück, denn «schützen» und «bewahren» ist oft ein «Herumgehen»; vgl. Χρύσην ἀμφιβέβηκας, Ilias I, 47, und vedisch पारिया hüten an 2 Stellen, s. Petersburger Wörterbuch s. v.

12 6 et 7, excusum: movit-se ille. Populo, lege: movit-se *ille*. Hic populo.

13 6 **Adde** annot. ad vocem: possessor: Bezüglich des Wortes âyaçtâ halte ich meine eigene frühere Uebersetzung nicht mehr für richtig, gestehe aber, dass mir auch die anderen Erklärungen nicht behagen. Es fragt sich immer noch, ob man nicht durch Vergleichung der Worte âyadana, yadâ, vielleicht auch Bâgayâdis auf etwas Besseres kommt, auch darf man nicht vergessen dass die Lesung ayaçatâ oder âyaçatâ auch möglich ist (ex lit. Spieg.).

13 ab imo. **Adde** sub calcem 1-mae annot.: Conf. Behist. III, 1 et 7.

14 9 et 10 in annot. Pro vocibus: Longum â certe in voce, si ad avô eam referas, scrupulum injicit.

P.	11.	Lege: Longum â in voce, si ad avô eam referas, facile augmento temporali explicatur.
16	2	in annot. 1-ma: pro hyâ, lege hya.
26	26	Dele voces: et quae ad NR a) annotavi.
28	20	Corrige signum \ in Y.
28	23	**Adde** post etc. Vide §-um 16 sectionis de Palaeo-Persicarum literarum enunciatione.
29	2	Tabulae II. **Adde** annotationem ad vocem militibus: Vocem in aśabâra, ad admonitionem Justii, in Glossario correxi. His lubet mihi amicissimi Spiegelii verba, ex literis ejus excerpta, subjungere: Bh. 2, 1, und sonst würde ich jetzt unbedenklich kamnaibis açabâraibis lesen. Die Bedeutung «einige Reiter» scheint mir durch die Uebersetzungen vollkommen sicher gestellt (conf. ceterum p. 14 annot. 2), und açabâra für açpabâra, wie in NR a) ava viçam, statt ava viçpam. Conf. in Gloss. vocem aśabâra.
31	9	in annot. Excusum: tcstante; corrige: testante.
32	15	**Adde** ad voces sexta die: Ad versionem Assyricam 27; ad Scythicam 28. Mensis Anâmacus in versione Assyrica exprimitur numero 10.
34	3	in annot. **Adde** post vocem formam: s. Spiegelium.
35	1	Excusum: captornm; corrige: captorum.
40	2	Excusum: Vahya datem; corrige: Vahyaṣdatem.
43	10	§-i 14. **Adde** comma (,) post vocem die.
44	8	§-i 2. Excusum: Eo; corrige: Ego.
44	12	Excusum: Naditabirus; corrige: Naditabelus.
47	19	annot. Excusum: attendas, corrige: attendes.
49		in ultima annot. 2-dae lineae **adde** post voces par est: Auramaṣdam adeo in praecitata inscriptione Darium cum gentilibus invocasse diis plane necessarium videtur, quum haec super muro, palatia ejus praecingente, quasi super natali ejus foco, exarata fuerit.

P.	ll.	
50	10	annot. Excusum: Xerxem; lege: Xerxes.
51	11	in annot. 2. **Adde** post voces et les droits (p. 234): J'ai marché dans les lois, les droits et coutumes, je ne les ai pas lésés (p. 249).
51	ultima	annot. 3. **Adde** post vocem supplicium: Sensus utique est: severissime.
52	1	Excusum: ne haec; lege: ne-quidquam [ne minime] *haec*.
56	1	Excusum: Nadîtabirus; corrige: Naditabelus.
59	5	**Adde** annotationem ad vocem praestantiam: Śiyâtim. Ad explicandam vocis significationem, conf. nunc, suggerente Justio, locum analogum Zachariae XII, 1, נאם־יהוה נטה שמים ויסד ארץ ויצר רוח־אדם בקרבו ubi רוח, ut alias, in Sacris bibliis, latiori sensu accipiendum puto, quum post caelum et terram, Dei Creatoris praestantissima opera, spiritus vitalis, i. e. physica hominis vita, non adeo magni momenti esset, ut juxta haec numeretur. Vide in Glossario sub voce ṣiyâti.
61	—	**Adde** annotationi ad vocem apiy: Vera significatio vocis, ut clariss. Spiegelius mihi novissime in literis innuit, forsan elici vel firmari poterit, si cum hac etiam Ṣendica apaṇm, apê, contuleris, quarum vocum prior adverbium, altera praepositionem post significare videtur (Vide Comm. über das Avesta, II, p. 156).
66	11	**Adde** annot. ad vocem a Nilo: **Piru** Aegyptiacum iero, iouro cet. cum articulo *p*, Hebr. יאר, quod proprie, aeque ac vox Aegyptiaca, flumen, torrens significat (vide A. Harkavy, Journ. As. 1870, № 1). In Etym. M. (755, 26): Πίρος, ὄνομα ποταμοῦ. Assyrice, ad auctoritatem Opperti (Mémoire sur les rapports de l'Égypte et de l'Assyrie, p. 68) Nilus item Iaru'u appellatur.
71	5	**Adde** annot. ad v. adadâ: Adadâ, das Imper-

P. l.

fectum von dâ, steht hier, wie Ebel (cf. Kuhns Beitr. II, 486) richtig bemerkt, weil dieses auf eine nähere Vergangenheit sich bezieht als der aor. adâ. Spieg. (Die altp. Keilinschr. p. 99; conf. ibid. p. 175).

72 11 **Adde** annot. ad vocem: cum gentilibus-diis: Vide annot. ad Beh. IV, 12 et 13.

72 8 **Adde** annot. ad v. Sogdiana: Śuguda et Suguda. Vide in sectione operis nostri de enunciatione literarum pp. 16—17.

73 5 §-i 3. **Adde** annot. ad v.: curatus erit. 𐎱𐎫𐎠𐏐𐎫𐏃𐎠𐎡𐎹: Apud Niebuhrium, Westergaardium et Flandinium 𐎱𐎫𐎠𐎫𐏃𐎠𐎡𐎹, quod κράσεως (sandhi) unicum in inscriptionibus nostris exemplum praeberet, quam lectionem nil obstat, ut in populi ore revera fuisse admittamus, γραφικῶς autem, nisi casu aliquo, hic expressam; ideoque Spiegelii lectionem praetuli.

74 in 2-da Assyrici (Hebr. literis exarati) textus linea, excusum: דרדיוש, corrige: דריוש.

74 in 4-ta excusum: ואהלוי, corrige: ואחלוי.

78 1 **Adde** annot. ad vocem: transmarini: Vide in Glossario vocem taradaraya.

78 2 **Adde** annotationem ad vocem Pontici:

Amicissimus collega meus Basilius Grigoryew valde verisimile putat Putios, Darii imperio subjectum populum, recentiorum Afganorum esse majores, quamvis alias ac nunc, Darii tempore, sedes tenuissent. En argumenta, quibus viri doctissimi opinio innititur:

Ipsi Afgani anteriores sedes suas ad dextram Indi ripam, Peshavero inferius, fuisse tradunt (Vide Raverti in Journal of Bengal Asiatic Society, vol. XXIII, p. 559 seq.), quae regio nunc دامن (Dâmen), inter Kabulistanum et Sindum

porrecta, audit; Dâmen vero istud Herodoti Πακτυϊκῇ respondet, e qua regione Scylax Caryandensis, Indi pernoscendi causa, flumine secundo, cum nave a Dario missus erat. Regio Πακτυϊκή igitur Darii ditionis fuit.

Incolae hujus regionis Πάκτυες, ad opinionem Basilii Grigoryew, sunt Putiyâ Darii Naqśi-Rustamensis inscriptionis. Adde, quod Afgani hucusque aliter se quam Puktun non appellant; literam vero k hic non adeo magni esse momenti documento est apud recentiores etiam Indos Afganos Patanos (Patans) nominari, aspirata ante literam *t* abjecta.

Grigoryewii argumentum antiquos Putios, qui Darii imperio parebant, recentioris Dâmenis incolas fuisse etiam Sinensium annalibus confirmari videtur; in «Historia enim junioris Khânorum dynastiae», quae rerum gestarum silvam seculo II-do post Chr. n. collectam comprehendit, traditur Da-Yuetios (= Massa-getas, i. e. magnos Getas), I-mo post Chr. n. seculo, profectos e Bactriana, quam occupabant, versus meridiem, Hindu-Kushique montes transgressos, in terras τῶν Pu-ta et Kipin immigrasse, incolisque maximam partem excisis, postquam horum regionem suam fecissent, etiam Indiam expugnasse (Vide locum in Rossica versione Patris Hyacinthi Biczurin: «Собраніе свѣдѣній о народахъ Средней Азіи», III, 119). Eadem haec, minime rebus mutatis, narrat et Matuanlinius, Sinensium polyhistor (Gallica versio Stanislai Julienii apud Vivien de Saint-Martin in ejus tractatu: «Sur les Ephtalites», p. 271, ubi vir doctissimus Sinensium Putâ Afganos nostri aevi, Patanos scilicet, esse censet;

P. ll.

conf. etiam Klaproth in «Tableaux historiques de l'Asie», p. 133).

Adductus his, in NR a) 3, pro Pontici in versione (p. 78), et Pauntiyâ in transcriptione Latina (p. 41), nunc cum Spiegelio, Putiyâ legendum puto.

78 — Vox, ad doctissimi Kernii opinionem, refertur, itidem ut takabarâ, ad Yaunâ, quod citato ab eo Herodoti loco (VI, 33), ad quem magnam Hellespontiorum Graecorum partem a Dario subactam fuisse notum fit, confirmari videtur.

78 3 6-tae annot., excusum: logen, corrige: longe.

78 — **Adde** sub calcem annot. 6-tae post vocem videntur,: phoneticeque, quum in Palaeo-Persica lingua litera *l* deesset, Graecam vocem non adeo a Palaeo-Persica remotam esse putem. His lubet addere, quae in novissimo opere suo, Spiegelius de Darianis Karkis censet: Aus den Keilinschriften lässt sich wahrscheinlich der Name der Karka hierher (ad Caucasi nempe regiones) ziehen, den Darius in seiner Grabschrift nennt und der sich einerseits an den Namen der Kerketen und Kolchier im Alterthume, andererseits an den neuern der Tcherkessen anschliesst. Auch das Shâhnâme kennt ein Volk der Kerkesâren (..das schliessende sar gehört so wenig zum Worte wie سگسار, Sagsâr, die Çaken), das jedenfalls im Norden lag und vielleicht in diesen Gegenden zu suchen ist (Erânischke Alterthumswissenschaft, I, p. 413).

79 6 **Adde** annot. ad vocem faciebant: Secundum Spiegelium forma verbi hic est imperf. sing. m. (ava akunavatâ, das wurde ausgeführt).

— 8 **Adde** annot. ad vocem quam: Tya hic etiam Graeco ὅτι respondere potest.

P.	ll.	
80	4	**Adde** annot ad voces qui meum solium sustinent: Vide quatuor thronorum effigies operis nostri in archetyporum sectione pp. 70—74, exhibitas, qui, si non omnes forsitan Darii H. sunt, hujus tamen throni imaginem, in quam sepulchralis ejus inscriptionis verba innuunt, nobis in hoc opere caelato servatam esse neminem fugere potest.
82	17	Excusum: [illegible]; lege: [illegible].
83	3	ab imo. **Adde** punctum (.) post vocem [illegible].
84	14	Excusum: Grek; lege: Greek.
87	8	Dele comma (,) post vocem we.
87	16	Excusum: abovethe; corrige: above the.
88	11	ab imo. Excusum: trough-like; corrige: through-like.
91	10	Hebr. textus. Excusum: יתבער, lege: יתעבר.
91	—	Insere post citatum e Herodoto locum; Idem IV, 87: Ὁ δὲ Δαρεῖος ὡς ἐθεήσατο τὸν Πόντον, ἔπλεε ὀπίσω ἐπὶ τὴν γέφυραν, τῆς Ἀρχιτέκτων ἐγένετο Μανδροκλέης Σάμιος· θεησάμενος δὲ καὶ τὸν Βόσπορον στήλας ἔστησε δύο ἐπ' αὐτῷ λίθου λευκοῦ, ἐνταμὼν γράμματα, ἐς μὲν τὴν Ἀσσύρια, ἐς δὲ τὴν Ἑλληνικά, ἔθνεα πάντα, ὅσαπερ ἦγε· ἦγε δὲ πάντα, τῶν ἦρχε· τούτων μυριάδες ἐξηριθμήθησαν, χωρὶς τοῦ ναυτικοῦ, ἑβδομήκοντα σὺν ἱππεῦσι, νέες δὲ ἑξακόσιοι συνελέχθησαν cet.
104	2	annotationis. Excusum: auctoritatsis ocios; lege: auctoritatis socios.
107	—	Dele uncos Hebr. vocis ארתחששתא.
108	in	1-ma versionis l. post vocem fastigium adde: saxeum.
109	—	**Adde** sub calcem annotationis: Nota ex. c. karta, quod soloec. pro kartam esse videtur.
117	—	Dele in 3-a l. ab imo comma (,) post vocem capituli.

P.	ll.	
120	3	**Adde** annot. ad vocem custodito: 𐎱𐎠𐎫𐎢𐎺. Vox etiam pântuv legi potest (custodiant).
169	2	§-phi 2-di. **Adde** annot. ad vocem: provinciarum. Dahyunâm, ideographus dah in unius Westergaardii apographo scribitur 𐏌; ceteri omnes viatores habent 𐏍, quos sum secutus hic et in §-pho 4-to.

In literarum Palaeo-Persicarum enunciatione:

P.	ll.	
5	2	**Adde** annot. ad literam 𐎸. 𐎸 nisi in Behistanensibus Palaeo-Persicis inscriptionibus occurrit, in ceteris ubique scribitur 𐎸.
7	7	primas tres voces corrige, ut sit: (v) et 𐎷 (m), u post 𐎣 (k), 𐎦 (g) et 𐎯 (d) aliquoties scribendo praetereuntur, nempe in vocibus 𐎻𐏁𐎫𐎠𐎿𐎱 (Vistâśpa), 𐎷𐎰𐎼 (Mitra), 𐎴𐎲𐎢𐎤𐎢𐎭𐎼𐎨𐎼 (Nabukudraćara), 𐎿𐎢𐎦𐎢𐎭 (Śuguda, si ultima vox non est etiam Śugda enuncianda: Graece Σόγδοι, Σογδιανή), 𐎤𐎢𐎯𐎢𐎽𐎢𐏁 (Kudurus), qualium consonantium cet.
9	2	§-i 15 Excusum: Suesensi; corrige: Suezensi.
10	—	**Adde** ad calcem §-i 16: Conf. H. Rawlinson in The Journ. of the R. As. Soc. vol. X. pp. 173—174.
11	1	**Adde** post vocem Rawlinsonii: brevioribus, imagines explicantibus, inscriptionibus exceptis.
15	2	Şendîci textus: Excusum: 𐬠𐬀𐬬𐬀𐬨; corrige, ad indicationem Justii: 𐬠𐬀𐬋𐬨 (contr. ex 𐬠𐬀𐬬𐬆𐬨).
15	—	transcript. Excusum: bavam; corrige: baom (bavĕm).
15	—	Sanscriti textus. Excus.: अवभम; corrige: अभवम्.
15	4	Excusum: समापिता; corrige: समापिता.
19	5	Excusum: patiyâiśa; lege: patiyâiśan.

P.	ll.	
19	6	Excusum: Ṣaraka; lege Ṣaranka.
20	—	Excusum: apriyâyan; lege: apariyâyan.
22	2	Tabulae II. Excusum: aśbâraibis; lege: aśabâraibis.
25	2	§-phi 10. Dele comma (,) post voçem manâ.
25	7	§-phi 11. Excusum: mâhyâ; lege: mâhyâ....
28	2	§-phi 7. Excusum aśbâraibis; lege: aśabâraibis.
29	4	§-phi 11. Excusum: aśbâraibis; lege: aśabâraibis.
29	—	§-phi 7. Excusum: martiyâ; lege: martiyân.
30	7	§-phi 13. Excusum: vitiyâ; lege: vitiyân.
41	6	§-phi 3. Excusum: Suguda; lege: Śuguda.
41	11	Excusum: Pau(n)tiyâ; lege: Putiyâ.
41	5	§-phi 4. Excus.: adam taham; lege: adam ataham.
43	3	§-phi 1. 𐎧𐏁𐎹𐎠𐎼𐏁𐎠, potest etiam, ad analogiam Graeci Ξέρξης, 'Kšyâršâ legi; quare in hac voce, hic et alias, *a* post Kš uncis include, ut sit 'Kš(a)yâršâ.
49	—	in transcript. textu excusum: Ardakćasća, corrige: Ardakćasda.

In Glossario:

P.	ll.	
3	8	**Adde** post vocem aita: 𐎠𐎡𐎫𐎡𐎹 (âitiy), v. *i.*
7	7	Excusum: apatara; corrige: apa-tara.
7	12	Dele a ante vocem praepos.
7	18	**Adde** post vocem apadâna: acc. s. soloec. apadâna et apadânâ.
7	5	2-dae col. Post vocem api, adde: Ṣend.. aipi.
8		In ultima l. vocis Ariyâramna, post gaudere, adjice comma (,).
11	5	2-dae col. Post ava corrige signum ﻭ in ﯼ, ibidemque post neutr. adjice: s.
—	11	Excusum: Sansci.; corrige: Sanscr.
12	13	Ad vocem patiyâvahaiy, adjice: s. patiyâvahiy.
12	6	ab imo 2-dae col.: **Adde** post vocem dux: Nota vocalis longitudinem in bâra, quum passivo sit sensu, et in eadem voce *a* breve (ut in takabara), quum est sensu activo. Vide supra Spiegelii annot. in addendis ad Beh., II, 1.
13	2	Excusum: ab aśpa; corrige: ab aśpa.
14	5	**Adde** post Cum: praef. â praes. aitiy, venire,—fluere (Suez. 3); cum.
14		In ultima l. 2-dae col. Excusum: ἐό, lege: ἐΰ.
15	8	ab imo. Excusum: ὀπὲρ; lege ὑπέρ.
16	4	Excusum: Qalaci; lege: Qala^ci.
16	4	2-da col. superne. Excusum: e; lege: a.
18	7	ab imo. Post vocem (kamana), **adde**: nom. kamanama, amans me, fidus mihi.

P.	ll.	
19	4	2-dae col. **Adde** post vocem Kuraus: Hebr. כּרשׁ.
20	19	Corrige nâ in nâo.
22	13	**Adde** comma (,) post vocem gâtum.
23	5	2-da col. inferne: **adde** punctum (.) post literam *s*.
24	1	Post vocem: (thagâvor): muta comma (,) in punctum et adde: De brevitate *a* vide supra ad vocem aśabâra in addendis.
25	2.	Excusum: tar; corrige: târ.
25	4	Adjice post tar (tr): et târ (tṝ).
25	5	Excusum: taradaraya; lege: tara-daraya.
25	4	in annot. J. excusum: ului; lege: ulu.
28	11	ab imo. Excusum rubro colore [illegible]; corrige: [illegible].
29	—	**Adde** post vocem porrigens: sive potius: dextram porrectam habens (conf. vim longi *a* in voce aśabâra).
